q Uam proficua verba: spiritussancti dignatione prolata sunt: quam mirabili virtute illa tunica domini christi superna dispensatione contexta est: non filis sed virtutibus: non stamine sed compunctione: non lana sed gratia: scilicet que totum corpus ambiat: et membra ipsius in modum sacre vestis operiat. Quam non valuit diuidere militum insana proteruia: quam non potest hereticorum tot sectis dum semper carpant scindere multitudo: sed in sua firmitate consistens: illos tamen protegit: quos domino placere agnoscit. Rogemus quoque inseparabilem trinitatem: vt hec vestis et nos protegat: atque intra suos sinus gratuita dignatione concludat. Quo loco Sedulii verba mutuanda sunt. Grandia posco quidem: sed tu dare grandia nosti.

Explicit expositio in psalmum. XXXVI.

Incipit expositio in psalmum. XXXVII.

Psalmus dauid in commemoratione

d Icendo enim in commemoratione: hoc nobis titulus iste pronunciat: vt quia peccatum omnimodis effugere non valemus: certe ipsum delictum in commemoratione semper habere debeamus: quatenus dum culpe memores sumus: a delictorum frequentia temperemus. Sic et in tricesimoprimo psalmo positum est: Dauid intellectus: sicut et in quinquagesimo psalmo ipse profitetur: Et peccatum meum contra me est semper. Sed licet propheta nominis sui testimonium dicat: quam maxime de futuris: tamen nec preterita derelinquit: que ad salutem fidelium populi pertinere cognoscit. Hic enim psalmus vt quidam voluerunt totus ad beati iob viuacissimam pertinet passionem: qui superator fuit vite mortalis: carnis sue debellator: triumphator ingentium suppliciorum: scilicet vt penitentibus onera sua reddat leuia dum grauissime temptationis referuntur exempla. Consuetudo est enim scripture diuine: vt cum exercitatissimus miles christi afflictus dicitur: tyronis inde animus efficaciter imbuatur. Quapropter in afflictionibus asperis gaudeamus: in carnis nostre cruciatione letemur: quoniam hoc nos ab eterna pena liberat quod hic propter dominum momentanea celeritate discruciat. Considerandum est etiam: quod in his psalmis penitentium nullus tanta legatur esse perpessus: vt merito ad mensuram malorum recipi credatur qualitas gaudiorum.

Ex figura

Diuisio psalmi.

Ethopeam persona introducitur: vt dictum est: inflicti militis christi vulnerum dolore confixa: verminibus scaturiens: insuper exprobrationibus sauciata: et inter tot calamitates obsessa: sola fidei viuacitate sanissima. Quam merito beati iob: et nos credimus applicandam: quoniam huic et erumne similes extiterunt: et pene ipse sermo videtur esse equalis. Quapropter per loca singula: de libro ipsius testimonia dabimus: vt omnino passiones ipse: sibi conuenire ac congruere videantur. Psalmus quoque iste penitentis quadrifaria distinctione diuisus est. Primo continet exordium: in quo misericordiam mouet benigni iudicis vita penalis. Sequitur bipartita narratio: vbi et corpus suum diuersis penis afflictum commemorat: et animum refert amicorum amputationibus grauiter sauciatum: vt cum nulla consolatio in vtraque parte relinquitur: totis viribus dominus exoretur. Tertio subiungitur consolatio medicine salutaris: quando inter multiplices calamitates: spem suam dicat se in domino posuisse. More autem deuotissimi famuli: paratum se quoque ad flagella testatur: quando plus se adhuc mereri putat quam videatur esse perpessus. Post hec peruenit: que semper penitentibus datur exitatiua conclusio: vbi iam a cladibus

omnib⁹ liberat⁹ salutis sue deū pfitet̃ auctorē: vt māifeste doceat̃ in spe certissima collocat⁹: q̃ tanta leticie pticipatiōe ditat⁹ est.

Expositio psalmi.

Al. furore tuo — D Omine ne in ira tua arguas me: neqꝫ in furore tuo corripias me. Uir iste sctissim⁹: sicut de ipso dñs dixit: simplex: rect⁹ ac timēs deum τ recedēs a malo: cū tēptatōib⁹ diaboli fuisset tradit⁹ ad pbādū: inter dolores anxi⁹: nō tn̄ de sua pena sollicitus: q̃tum de dñi offensiōe suspect⁹: rogat ne tormenta q̃ patiebat̃ irato iudice sustineret. Uerberatio eni q̃ venit a q̃eta mēte correctio ē

Prouer.9 sic legit̃: Argue sapientē τ amabit te: Que aūt venit ab infenso iudice rōnabiliter formidat̃. Illa eni emēdationē pstat: ista exigit vltionē. Hinc ē qd rogat vt nō arguat̃ in ira: nec in eū dānatiōe ppetua vindice-

Job.19 tur. Sic eni metuēs τ i libro suo dic̃: Irat⁹ est ꝯ me furor ei⁹: τ sic me habuit q̃si hostē suū. De ira vo dñi: pt augustinus in libro enchiridion: pulchra breuitate disseruit dicens. Cū aūt de⁹ irasci dicit̃: nō ei⁹ significat̃ pturbatio q̃lis est in aīo irascentis hominis: s; ex hūanis motib⁹ translato vocabulo: vindicta ei⁹ q̃ nō nisi iusta est ire nomē accepit. De ira deniqꝫ vl̃ furore illa sufficiāt: q̃ de talib⁹ vbis in psalmo sexto iā dicta sunt. Qm̄ sagitte tue īfixe sūt mihi: τ ꝯfirmasti sup me manū tuam. Secuta est cā pbabilis: vt in illo iudicio iā nō debeat puniri: q̃ mal̃ pn̄tibus vehemēter afflict⁹ ē. Dñs eni cū h vīdicat: ibi pcit: qm̄ demētia ipius in idipm duas nō

Nah.1 exigit vltiōes: sic scriptū ē. Non iudicabit dñs bis in idipm. Sz cū fidelissim⁹ famul⁹ se cognosceret diabolica fraude vexari: sciebat tn̄ eū in se nō potuisse pualere: nisi licentiā diuinis iussionib⁹ accepisset: Ideo qꝫ ad illū loq̃t in cui⁹ ptāte vniūsa sūt posita. Sagitte: τ in bono τ in malo accipiun-

Ps.7 tur. In bono vt est illd: Sagittas suas ardētib⁹ efficit. Nā h sagitte desigt diabolicas ptātes: q̃ tāqꝫ tela vulnerāt: qn̄ dñi pmissiōe dirigūt̃. Et bn̄ dixit: īfixe: q̃r doloribus ei⁹ redes eē nō potat. Sic eni τ ipe btissim⁹ dic̃: Quia sagitte dñi i me sūt: q̃x in-

Job.6. dignatio ebibit spm̄ meū: τ terrores dñi militāt ꝯ me. Sequit̃. Et ꝯfirmasti sup me manū tuā. Cū diuia vtus fideliū salutē vitāqꝫ sp operet̃: hic q̃si manib⁹ eius iputat̃ qd diu cladib⁹ nūerosis affligit̃: nō q̃r ipe filios ei⁹ extinxerat: facultatē lacerauerat: ipsumqꝫ vlcex dolore pcusserat: s; qm̄ tarda bat diabolū remouere: q̃ talia pbabat̃ in-

fligē. Ita τ in pprio ei⁹ libro positū ē: Cur nō tollis pctm̄ meū: τ q̃re nō aufers iniqtatē meā? Qd ꝯgruēter a ptāte iudicis dr̄: vt salutari beniuolētia cōparet̃. Nec est

Al. Non — Al. facie — sanitas i carne mea: a vultu ire tue nō est pax ossib⁹ meis a facie pctōrum meox. Ab infirmitate qꝫ persone sue misc̃diam mouet: qm̄ caro ei⁹ bellū sustinere nō poterat: q̃ tot ictib⁹ pcussa corruerat. Uult⁹ ē ire: timor future vindicte sb magno pauore cogitat⁹. Uñ a deo se petit ab ira futura libari: qm̄ ab indigtiōe vētura oīno sic se dic̃ eē pterritū: vt sanitatē corporl̃ oīmō nō hēet: more famuli verecūdi: q̃ anteqꝫ vbera patiat̃: futuri iā tormētis vehemēter affligit̃. Qui vo mēte callosus est: nec ipas penas quā infligūt̃ horrescit. Subiūxit etiā: Nō ē pax ossib⁹ meis. Qd sup dixit sanitatē: nūc repetit pacem: merito: q̃r sanitas ē toti⁹ corpis: pax humox: τ tpata trāquillitas. Hic iā nimietas dolorl̃ exprimit̃: vt q̃ dixerat carnē suā eē nō sanā: nūc dic̃ etiā ossa fuisse turbata. Grauior ei pena ē: q̃ vsqꝫ ad interiora descēdit: nec aliqd intactū relinqtur: qn̄ ipa corpis firmamēta q̃tiunt̃. Significabat eni: quā patiebat̃ vmiū comessationē: q̃ reqem sctō viro nō poterat dare: q̃r nō cessabat absumē: sic

Job.30 ipe ait. Et q̃ me comedūt nō dormiūt. Uerū sup illas corpales penas affligi se dicit a facie pctōx suox: more sctissimi animi: q̃ dū recordat̃ iniqtates suas: grauiora se credit eē passum. Qm̄ iniqtates mee

Al. supgresse sūt — suppofuerūt caput meū: sicut on⁹ graue grauate sunt supra me. Adijcitur ad impetrādā beniuolentiā terti⁹ modus: vt nō se iniuste pculsū dicat: s; pctis suis videat̃ iputare qd patit̃. Nunc ad exponēda vba redeam⁹. Iniqtates nr̄e eleuant se sup caput nr̄m: quādo sibi ampli⁹ vendicāt qꝫ ratio iusticiaqꝫ patiat̃. Caput enim nostrū ratio est: sup quā inter bona collata celsius nil habem⁹. Ipa eni duce domio pstante dirigimur: ipa nos ad bo-

m

nos actus ꝓficiatq̄ꝫ ꝑducit. Quā si iniq̇tas
oppꝛesserit: illa ꝓtin⁹ victa succūbit. Sꝫ his
iniq̇tatibus ista vicissitudo tribuit: vt q̄ se
leuitate erigūt i tumorē: grauissimis afflictōi
bus onerent. Cōstructa sunt pulcherrima
ꝟitate p̄ncipia: nūc ꝑtē narratiōis quēad-
Al. Putrue rūt et corru pte sūt modū formata sit: debem⁹ exq̇rere. †Cō
putruerūt ⁊ deteriorauerūt cicatri
ces mee: a facie insipiētie mee. Per-
uentū ē ad narrationē: q̄ causis oībus vtili
ter apponit: qn̄ ꝑ eā anim⁹ accusati factūq̄ꝫ
declarat. Hec duplici mō formata ē. Nā ꝑ
q̇nq̄ꝫ ꝟsus penas describit corporis sui: ꝑ ali
os q̇nq̄ꝫ q̄ sequūt violētas refert aīe passi-
ones: vt nihil videat exceptū: qđ duris ca
Top lamitatib⁹ nō ꝓbet afflictū. Qđ argumē
tū ꝺr a necessitate: qn̄ q̄s p̄missis reb⁹ aspe
ris: ad bonā ꝑtem correct⁹ adducat. In pri
Sche mo igit ꝟsu ꝑtis hui⁹: Tapinosis figura co
gnoscit: q꞉ nihil hūili⁹: nihil pōt abiectius
P̄ inueniri. Cicatrices eñ sūt p̄cedentiū vul
nez sanata vestigia: q̄s grauī⁹ ꝯstat affli-
gere: qn̄ eas ꝯtigerit ad trāsacta ꝑicula re-
ET meare. Cicatrix ꝟo dicta est: ab eo qđ in se
cecū vuln⁹ ośdat. Freq̄nter ĝ vulneribus
tabeficatū corp⁹ ośdit: vt supstes ille sui pe
netralia ꝓtulerit: q̄lia solent exanimata ca
Job.17 dauera sustinere. Sic ⁊ ip̄e dicit: Solū mi-
hi supest sepulchꝝ. Subiūxit: A facie insi-
piētie mee: id est: a ꝑitia stulticie mee. Fa
cies eñ p̄sentiā designat: q̄ nisi aut aīo aut
corpi p̄sto fuerit: ei⁹ species n̄ valet apparē.
Propter ipam eñ se dic cōputruisse: ne sā-
ctus vir diuīs ordiationib⁹ iputaret. Naꝫ
⁊ ip̄e ꝓprio ore sic memorat: cuꝫ dn̄o rn̄de-
Job.42 ret: Ideo insipiēter locut⁹ sū: ⁊ q̄ vltra mo
Al. Miser factus dū excederēt sciam meā. †Miserijs af
flict⁹ sum ⁊ curuat⁹ sum vsq̄ꝫ in fi-
ne: tota die ꝯtristat⁹ ingrediebar.
Merito turbat⁹ est: q̄ tātis dolorib⁹ vide-
bat onerat⁹. Miserijs eñ affligit q̄ aīam
suā dolorib⁹ fletuq̄ꝫ castigat: sic ip̄e ꝗtum
Job.7 ad ꝯsideratōnē passionū ꝑtinet dic. Despe
raui: neq̄ꝫ q̄ꝫ vltra iā viuā. Parce mihi dn̄e:
nihil eñ sūt dies mei. Usq̄ꝫ i finē. Siue ter
minū vite significat: siue dn̄m saluatoreꝫ:
q꞉ tādiu fideliū vnusq̄sq̄ꝫ turbat: donec ad
ip̄m indulgētia ꝯcessa ꝑueniat. Nā qđ seq̄
tur. Tota die ꝯtristatus ingrediebar: ꝯti-
nuationē doloris isinuat. Dicēdo eñ: To-
ta die: simul ⁊ noctes designat: q̄ nō erāt a
cruciatib⁹ eius aliene: cuius cicatrices cō-
putruisse referant. Sed int h̄ ingrediebat
trist affictus: ⁊ qđ ē fidelib⁹ familiare: ne-
q̄ꝫ de dn̄i pietate desperās. †Qm̄ aīa
mea cōpleta ē illusionib⁹: ⁊ nō est
sanitas in carne mea. Hinc erat qđ to
ta die ꝯtristabat: q꞉ diabolus q̄ corp⁹ iusce
perat ad affligendū: nō cessabat ⁊ animaꝫ
ei⁹ vana imaginatiōe fatigare. Dic eñ vi-
tiū: q̄ maxime hūana laborat ifirmitas: vt
mō i orōe ꝓstrati: supfluas res videamur
appetere: mō psalmodiā dicētes terrena co
gitem⁹. Sed de ista illusiōe quā patimur:
sufficiēter dictū est i libro quē de aīa ꝓ no-
stra mediocritate cō scripsim⁹. Sꝫ cū istud
maxime ꝯtingere soleat ociosis: dic sibi q̄ꝫ
ꝓuenisse q̄ sanitatē corpis nō habebat: vt
tā q̄ꝫ ciuitas obsessa infestātib⁹ inimic vn-
diq̄ꝫ pulsaret. Nā cuius caro diuersis fran
geret angustijs: originalibus tn̄ vitijs nō
credebat excepta. Ista ē illusio q̄ scđo dn̄i
curat aduētu: qn̄ ⁊ carnis vitijs carem⁹: et
imissiones diabolicas vltra nō patimur.
†Incuruat⁹ sum ⁊ hūiliat⁹ sum†
vsq̄ꝫ q̄q̄ꝫ: rugiebā a gemitu cordis
mei. Ipa q̄dem ꝟba repetit: ꝟ vehemētio
ra facta sūt: dū in vno ꝟsiculo colligūtur.
Possum⁹ eñ corpe curuari: ⁊ aīo nō hūilia
ri. Sꝫ h̄ iō vtrūq̄ꝫ cōiunctū est: q꞉ mltiplex
calamitas liberꝫ nil relinq̄t. His etiā aliq̄d
maius adiecit: Usq̄ꝫ q̄q̄ꝫ: id est: ex oī ꝑte: ex
oī ꝯsideratiōe: vt cū copiosa calamitas vn
diq̄ꝫ ꝓbaret ambisse. Seq̄tur. Rugiebā a
gemitu cordis mei. Rugire ꝓprie: beluaꝝ
ē. Hic āt vt gemitū ośderet fortiorē: ipsis
se cōpat: q̄ validissimo fremitu suum velle
declarant. Et vide q̄d seq̄t. A gemitu cor-
dis mei. Ut ꝟtutē patiētie magne mōstra
ret: in gemitū se asserit: nō in ꝟba ꝓrupis-
se. †Et ante te oē desideriū meuꝫ:
⁊ gemit⁹ me⁹ a te nō est abscōdit⁹.
Tale fuit desideriū ei⁹: vt an̄ deū eē mere-
ret. Nā q̄ pctis suis veniā petit: q̄ oīa illa
fac q̄ supius sūt decursa: an̄ deū ponit desi
deriū suū. Iā qđ ante ip̄m est: ꝯsueuit au-
dire. Dn̄s eñ q̄cq̄d nō aspernat amplecti-
tur. Ille eñ gemit⁹ nō abscōdit deo q̄ pi⁹
est: q̄ ꝓ aīe libatiōe ꝑsoluit. Nam mlti ge-
mūt: ꝑdētes diuitias: desideria turpia ꝑd-

rentes: sed ille gemit⁹ et ille fletus diuinitati
pbatur absco̅ditus. Gemitus eni̅ dict⁹ est:
ET p exprime̅do magno dolore: q̅si geminat⁹
Al. nobis luctus. Cor meu̅ conturbatu̅ est in
me: et dereliquit me virtus mea: et lu
Al. ipsu̅ me̅ oculorum meorum no̅ est mecu̅. Cor
poreis eni̅ erumnis flebili allegatio̅e decur
sis: nu̅c ad mente̅ venit grauissimos dolo
res: vt postq̅ caro multa ptulerat: me̅s q̅z
bti viri veheme̅tius pbaretur afflicta. Sz
perspice q̅d apud se distributa verba collu
ceant. Unu̅ pendet ex superioribus: quia dese
ruit fortitudo: conturbatu̅ est cor. Fortitu
dine̅ sua̅ dic̅ patie̅tie robur: q̅ qua̅diu pma̅
serit: voluntate̅ n̅ram i sua firmitate custo
dit: si vero cesserit: me̅s turbata succumbit.
Malorum itaq̅z abunda̅tia mollita̅ in se dic̅
patie̅tie firmitate̅. Seq̅tur. Et lume̅ oculo
ru̅ meorum no̅ est mecu̅. Lume̅ oculorum: est ro̅
imperturbata iudicij: qua̅ secu̅ h̅re no̅ pote
rat: q̅ inge̅tes molestias sustiebat. Ami
ci mei et proximi mei: aduersu̅ me
P appropinquauerunt et steterunt. Ami
ci sunt: a n̅ro siq̅dem sanguie extranei: sed ca
ET ritate co̅iu̅cti. Amicus eni̅ dict⁹ est: q̅si ani
mi equus: quia eq̅li nob voluntate co̅iu̅gitur.
P Amicitia est eni̅ volu̅tas erga aliq̅ue̅: reru̅
bonorum illi⁹: ipsius causa que̅ diligit co̅pari
volu̅tate. Proximi au̅t su̅t: q̅ nobis paren
tela socia̅t. Hec eni̅ duo sunt: q̅rum hu̅anitas
co̅sueuit gaudere solatijs. Nu̅c au̅t de illis
dicit: qui ad sanctu̅ viru̅ co̅solandi gratia
veniebant: sicut libri ipsius text⁹ eloq̅tur:
et magis crebris exprobratio̅ibus eius ani
Job.4 mu̅ sauciaba̅t. Nu̅c au̅t ve̅it sup te plaga:
et defecisti: tetigit te et conturbatus es. etc.
Sed co̅sideremus q̅z vehemens erat afflictio
q̅n ab amicis et pximis talia sustinebat: vt
q̅ solent e̅e remedia calamitatu̅ multaru̅:
fuerint cumulus passionu̅. Merito ergo
cum ipso lumen oculorum suoru̅ no̅ erat: cui
inde veniebat afflictio: vnde solet homini
Al. qui iuxta me de bus adesse remediu̅. Et proximi mei
a longe steterunt: et vim faciebat qui
querebant animam meam. Et qui in
Al. ...itates quirebant mala mihi locuti sunt va
nitate̅: et dolos tota die meditaba̅
tur. Proximi q̅dem era̅t sanguie: sed lo̅gissi
mi redd eba̅t fetoris horrore: du̅ q̅d ille to
lerabat in vulnere: illi sustinere no̅ potera̅t
in odore. Nam et ipse de vxore sua dic̅: Hali Job.19
tu̅ meu̅ exhorruit vxor mea. Quid rogo ex
neorum fastidia facere̅t: du̅ halationes eius
vxoris caritas sustinere n̅ poterat? Na̅ et de
pximis suis ita dicit. Fr̅es meos lo̅ge fec̅ Ibidem
a me: et noti mei q̅si alieni recesserunt a me.
Cu̅ eni̅ dicit: Et vim faciebat q̅ q̅rebant ani
ma̅ mea̅: diabolu̅ cu̅ ministris suis desig̅t:
q̅ q̅nto illu̅ videba̅t in dei amore persistere:
tanto ei morte̅ aie nitebant inferre. Sub
iu̅xit. Et q̅ inq̅reba̅t mala mihi locuti su̅t
vanitate̅: vxorem designat: q̅ imu̅dis spiri
tibus attacta: du̅ eni̅ cupit libari de pena:
viro sctissimo suadebat vt dn̅i loq̅ret iniu
Job.2 ria̅ dice̅s. Dic verbu̅ i dn̅o: et morere. Medi
tabant q̅z supdicti dolos: quia du̅ se co̅sule̅ cor
pori putaba̅t: aie co̅tria suggereba̅t. Ego
Al. tanq̅z aute̅ velut surdus no̅ audieba: et si
Al. no̅ aperie̅s cut mutus qui no̅ aperit os suum.
Nihil po̅t esse forti⁹: nihil egregi⁹: q̅z audi
re noxia: et no̅ r̅ndere co̅tria. Na̅ et si locutus
est iusta: ad illa t̅n surdus erat: q̅ quasi co̅so
lantiu̅ iniq̅tas suggerebat. Addidit. Et si
cut mutus q̅ no̅ aperuit os suu̅. Mutus et
si cu̅ clamore aliq̅d no̅ dicit: interdu̅ balbu
tie̅do remurmurat. Sic mut⁹ au̅t q̅ no̅ ape
ruit os suu̅ fuit: q̅ labia sua nullo s̅mo̅e as
pero: nulla q̅z deni̅ remurmuratione co̅mo
uit. O tranq̅llitas sancte me̅tis: foris v̅mi
bus co̅sumebat: int⁹ impassibilis erat: et ta̅
q̅z assisteret altari: sic co̅gnoscebat diuis lau
dibus occupari. Et factus sum sicut
homo no̅ audie̅s: et no̅ habens in
ore suo redargutiones. Sensus iste
repetit: vt nob magne patientie validius
inculcet exe̅plu̅. Habebat vtiq̅z v̅itate̅ cau
se sue: p qua̅ mala suade̅tes potuisset argu
re. Sed vir patie̅tissimus sibi reputa̅s om
nia: ab illorum increpatione cessabat: sic ipse
Job.3 dic̅. None dissimulaui? None q̅eui? Na̅ cu̅
eos posset argue̅: q̅ falsis eu̅ criminatio̅ib⁹
ipeteba̅t: sic elegit tacere: que̅admodu̅ so
let ille facere q̅ v̅itate̅ r̅nsionis co̅gnoscit no̅
h̅re. Respice nu̅c singulis causis remedia
co̅tributa. Co̅tra corporeos dolores: sup̅ di
xerat: Rugieba̅ a gemitu cordis mei: nu̅c
adu̅sum iniq̅s suggestio̅es posuit: Ego au
te̅ velut surd⁹ no̅ audieba̅. etc. Sic narratio
nis isti⁹ text⁹ gemina expositio̅e finit⁹ est.
Al. dn̅e Q̅m i te sperauit tu exaudies me

dñe de⁹ me⁹. Passionũ suaꝝ narratio-
nẽ cõpleuit: nũc venit ad medicinę saluta-
ris auxiliũ: qm̃ int̃ calamitates asp̃as eius
ꝯfidẽtia nõ defecit: s̃ semp̃ sperauit ĩ dño:
q̃ põt tristiciã in gaudiũ cõmutare. Et idõ
petitionẽ suã exaudiendã putat: qꝛ se ĩ do-
Job.13 mino sperasse ꝯfidit. Nã ⁊ ip̃e dicit: Etiã si
occidat me: in ip̃o sperabo. Sic ⁊ tres pue-
Daniel.3 ri ꝓfitent̃. Potẽs est de⁹ de camino ignis
libare nos: qḋ si noluerit: notũ tibi sit rex
qꝛ dijs tuis ñ fuiem⁹. Talis ẽ em̃ sctõꝝ vo
lũtas: tale fixa mẽte ꝯsiliũ: vt nõ emolumẽ
to aliq̃ p̃sent̃ tp̃is: s̃ tm̃ ip̃sius dñi amore
Al. supgau deãt mihi capiant̃. **Quia dixi neq̃n† insultẽt
in me inimici mei: ⁊ dũ cõmouent̃
Al. sup pedes mei† ĩ me magna locuti sũt.**
Nũc causas enumerat: cur eũ dñs dignet̃
audire. Nã int̃ grauissimos est⁹ maloꝝ: il-
lam p̃tẽ vir egregi⁹ magnop̃e custodiebat:
ne de lapsu ip̃ius insultaret inimic⁹. Insul
tant em̃ illi: qñ hoĩem ad nequicię suę vo-
ta ꝯuerterint: dũ fideliũ ruinã suã putãt eẽ
victoriã. Pedes em̃ h̃: significãt nr̃oꝝ actu
um q̃litatẽ: p̃ quã in hac vita q̃busdã gres-
sibus ambulam⁹. Sed isti dũ fuerint hũa-
nitatis fragilitate cõmoti: statim ip̃os in-
ueniũt irrisores: q̃ magna in eos inuectiõe
Ps.12 ꝯsurgũt: sic alibi dic̃: Qui tribulãt me exul
tabũt si mot⁹ fuero. Pij ṽo ecõtra: qḋ faci
unt? Affligũt̃ casib⁹ alienis: ꝯsolationẽ la
psis: solaciũ cupiũt afferre ꝯcept̃: sic ap̃ls
Gal.6 dic̃. Frẽs: si p̃occupat⁹ fuerit hõ in aliq̃ de-
licto: vos q̃ sp̃ũales estis instruite h̃mõi in
sp̃ũ mãsuetudinis. **Qm̃ ego in fla-
Al. in cõspe cu meo gella p̃atus sũ: ⁊ dolor meus† an-
te me est semp̃.** Ecce q̃re dñs supplicẽ di-
gnabat̃ audire: qꝛ dũ fragilitatẽ suaꝫ nos-
set deliq̃sse: merito se ad p̃enã videbat̃ ap-
tare. Sic sentiũt q̃ se sp̃ addicunt: vt ĩ illa
iudicatiõe possint absolui: q̃ h̃ meruerũt ꝓ-
p̃rijs ꝯfessiõib⁹ accusari. Flagella em̃ h̃: nõ
ṽberatiões loreas dic̃: s̃ doloꝝ asp̃imas
passiões. Seq̃t̃ em̃. Et dolor me⁹ añ me est
semp̃. Dolor: ꝯ se erat viro iustissimo: cur a
mãdatis dñi declinasse videret̃: vt saluta-
rem innocẽtiã p̃deret: ⁊ mortiferos acq̃sis-
set errores. Imitãdus dolor: rectũ iudiciũ
ꝯ se: iustũ hoĩeꝫ irasci: qꝛ ip̃ius defensor fa
ctor sui ꝓbat̃ exitij. **Qm̃ iniq̃tatem
Al. ãnũciabo meã† ꝓnũciabo: ⁊ cogitabo ꝓ pec-
cato meo.** Aperuit vñ ille ꝯmissus dolor
existere potuisset. Nã si de pctõ suo minime
doluisset: neq̃q̃ puritas tãtę ꝯfessiõis appa
reret. Duob⁹ em̃ modis: p̃fectę pnię ṽtus
ośndit̃. Primũ est ẽ: vt pctõres nos dño ꝓ-
nũciemus: sic dic̃ in libro suo: Peccaui: q̃d Job.
faciã tibi o custos hoĩm? Ecce ꝓnunciatio
scti viri: ecce ṽa ꝯfessio q̃ vitã nõ abstulit:
s̃ salut̃ gaudia geminauit. Veꝝ ne crede
res in ꝯfessiõib⁹ hãc solã ꝓnũciationẽ sem
per sufficẽ potuisse: addidit: Et cogitabo
ꝓ pctõ meo: id est: talia te donante faciã q̃
meũ possint abolere pctm̃: scꝫ flet⁹ adhibe
am: elemosynas faciã: ⁊ ab h̃ qḋ deliq̃: mã
datoꝝ tuoꝝ me obseruatiõe purgabis.
**Inimici aũt mei† viuẽt ⁊ ꝯforta- Al. vi cõfir
ti sunt sup̃ me: ⁊ multiplicati sũt q̃
oderũt me inique.** Inimicos suos: sp̃i
rituales neq̃cias dic̃: q̃s ad ꝓbationeꝫ sui
p̃missu dñi vir sanctissim⁹ sustinebat. Vi-
uẽt: cũ dolore ꝓnũciandũ ẽ: id est: volũta
tis suę libtate potiunt̃: nec mortẽ metuũt:
quã nos in corp̃e sustinem⁹. Cui nõ solum
sufficit dicẽ: viuẽt: nisi etiã addidisset: ⁊ cõ
fortati sũt sup̃ me. Deinde qḋ graui⁹ hor-
ret: adiecit: multiplicati sũt. Hoc Schema Sc
dr̃ Emphasis: qḋ gradatim crescit ad mo-
tũ animi ꝯcitandũ. Multiplicati sunt ṽo
q̃ eũ oderãt iniq̃: qñ sup̃ ip̃m spirituũ im-
mũdoꝝ numer⁹ augebat̃. Vn⁹ em̃ peculiũ
vastabat: alt̃ p̃rimonia lacerabat: filios q̃
ip̃ius alij trucidabãt: ⁊ necesse erat vt ei in
ter tot calamitates hostes crescerẽt: qꝛ taꝫ
innũer̃ approbat⁹ ẽ p̃icula tolerasse. Iniq̃
ṽo additũ ẽ: qm̃ vir sctissim⁹ a p̃uis sp̃iriti
bus iiuste sp̃ horret̃. Qḋ ad volũtatẽ scꝫ
diabolicã p̃tinet exp̃mẽdã: nõ ad merito-
rũ p̃uã inanẽq̃ iactãtiam. **Qui† retri- Al. r
buebãt mala ꝓ bonis detrahebãt
mihi: qm̃† subsecut⁹ sum iusticiam.** Al. bon
Ad amicos laceratores redit: qui sctissimo
viro cas⁹ asperos iputabãt ⁊ detrahebãt:
cũ mag̃ vtiqꝫ patiẽtiã ei⁹ laudare debuis-
sent. Nã ⁊ vxor: iusticię ip̃ius detrahebat:
qñ dicebat: Dic ṽbũ in deũ ⁊ morere. Bñ Job.
aũt se dixit iusticiã s̃bsecutũ: qꝛ illã nõ ꝓba
tus ẽ aliq̃n reliq̃sse. Sic em̃ ip̃e testat̃. Nõ Job.
inueniet̃ in lingua mea iniq̃tatẽ: nec ĩ fau
cib⁹ meis stulticia p̃sonabit. Quã ꝓfessio-
nẽ ex integra cordis puritate venisse test̃

est dñi ꝓlata sñia: vbi ad amicos eiꝰ i libri
Job.42 ipius fine cōmemorat dicēs. Iratꝰ ē furor
meꝰ ꝯ vos: qm̄ nō estꝭ locuti corā me rectū
sic seruꝰ meꝰ iob. Finita ē quā diximꝰ i ter
tia pte collatio: q̄ est ꝑculdubio medicina
salutarꝭ: Nūc ꝯclusionē videamꝰ totiꝰ ter-
Ec.fior minū dictionis. ¶ Ne derelinq̄s me
dñe deꝰ meus: ne discesseris a me.
Penitēs iste sctissimꝰ: indulgētia dñi de ꝑ
teritis ꝑicul absolutꝰ iā letus exclamat ad
dñm: ne ab ipo relinq̄tur: q̄ fuerat ꝑstāte li
beratꝰ. Grauior ē em̄ bone ꝯsciē metꝰ erra-
re pꝰ veniā: vt q̄ debet grām: iterū incurrat
offensā. Ille em̄ qn̄ a nob discedit auios se
ctamur errores: qꝛ necesse ē absente via re-
ctissima ſp errare. Intēde i adiuto-
riū meū: dñe deꝰ salutis mee. Priꝰ
petijt ne derelinq̄ret a dño: nūc eniꝫ iꝰ sup
plicat: vt i adiutoriū eiꝰ digneꝛ intēdere:
qm̄ ꝯ illū se nouerat certamē hr̄e: qui dixe
Esa.14 rat: Ponā sedē meā ad aq̄lonē: ⁊ ero silis
altissimo. Quibꝰ em̄ virībꝰ hostꝭ ille tā im
manissimꝰ vincereꝛ: nisi ille itēderet q̄ respi-
ciēte potat nō parē: Et vt ꝑsolutā grāꝝ co
gnosceres actionē: addidit: Deꝰ salutis mee:
vtiq̄ q̄ eū saluū reddidit post tot vulnera
passionū: ⁊ sospitatē ꝯtulit anīe: quā anti-
quꝰ ille tyrānus nō possit eripe. Ecce regla
penitētꝭ ipleta ē: saluatꝰ exultat: q̄ ꝓdē vl-
ceꝝ tabe putruerat. Sic ad victoriā ꝑueni
unt: cū dñi milites ipetūꝛ. Conclusio.

Vā fortꝭ: ꝙ de se triūphalꝛ factꝰ est
iob iste dauiticꝰ: vt inꝛ tot acerbi-
tates vulneꝝ: modestiā nō destite
rit eructuare s̄monū. Iacebat corpei sterq̄
linio: s̄ aio hītabat i celo. Cōsumebaꝛ v̄mi
bus q̄ spūs supabat imūdos. Parua sunt
q̄ ꝑtulit: s̄ ꝯsideres q̄ recepit. Sic pro dño
ꝓficue fuit: sic clemētia diuinitatꝭ agnoscitur: vt
cū ei suas largitates offenimus: retributio
nes iteꝝ copiosissimas exigamꝰ. O penitē
tiū btā securitas: O se hūiliantiuꝫ mirabilꝭ
altitudo: vt ꝯfitendo redeat ad grām: q̄ ꝓ
pria se estiatōe dānauit. Certe intelligamꝰ
q̄ sit dignitas penitētiū: qn̄ nec ille ab hac
excipiꝛ: q̄ tāti iudicꝭ voce laudatꝰ est.

Explicit expositio in ps̄. XXXVII.

Incipit expositio in ps̄. XXXVIII.

In finem pro idithun Canticum
dauid.

Itulus h̄: nouū nob intulit nomē:
Propterea q̄ cā sit istiꝰ positiōis: aut
q̄d significet diligētiꝰ inq̄ramꝰ. In
ꝑfatiōe iā dictū ē: hos viros auctores n̄ fu
isse psalmoꝝ: s̄ qm̄ excellētes cātores erāt:
propꝛ noim̄ sigficatiōeꝫ ꝯstat adhibitos:
vt ⁊ ꝓbatissimi officij sui honorē de tali cō
mēoratione ꝑciperent: ⁊ arcana psalmoꝝ de
noiꝫ ipoꝝ interpretatōibꝰ pāderēꝛ. Idithun Rp̄
em̄ hebraicū nomē ē: q̄d ligua latia dr̄ trāsi
litor: n̄ q̄ gressibꝰ aliq̄d trāsit: aut saltu cor-
porꝭ hītatia q̄q̄ trāscēdit: s̄ q̄ sup mūdi istiꝰ
varietates in ea iā puritate ꝯsistit: vt futu-
re tn̄ btitudis ꝑmia ꝯseq̄ꝛ. Ergo i h̄ ps̄. ꝑ-
sona itroduciꝛ sctē ꝯūsatiōis: q̄ hūanas q̄-
dē illecebras transilierat: s̄ adhuc gaudia
futura poscebat. Et qm̄ vir sctissimꝰ enūe-
rat aliq̄s afflictōes suas: ne putares ⁊ hūc
ps̄. penitētibꝰ applicādū: subiūxit: cāticū: q̄d
vtiq̄ talibꝰ nō pt̄ ꝯuenire ꝑsonis. Cātare
em̄ letantꝭ ē: nō dū ⁊ dolētis: nūq̄ v̄o peni
Dithun iste quē Diuisio. (tētis.
dixīmꝰ vitioꝝ nocentiū trāsilitorē:
formā nob iusti hois ꝑhēꝛ: In ꝑmo
ordie psalmi: ꝯ insidiatores īimicos: i ma-
ximā se ꝑhibet vtilitatē remediūq̄ tacuis-
se: petēs vite sue finē debē cognoscē: si forte i
carnatiōeꝫ dñi etiā corporeis ocul vidē me
rereꝛ. Scdo pꝰ syllogismū q̄nq̄ptitū: timo
rē vanū ꝓbat eē mortaliū: qm̄ sūt oīa i po
testate dñi ꝯstituta. Tertio rogat: vt ei de-
licta noxia dimittāꝛ: q̄tenꝰ vita eiꝰ ꝓspero
Ixi cu Expositio (fine claudaꝛ
stodiā vias meas: vt nō deli-
quā i lingua mea. Consuetudo
ē hūanitatꝭ: vt cū se aliq̄s laudabili ꝯūsa-
tiōe tractauerit: calūniantiū isidijs ꝑtinꝰ
appetaꝛ. Iste ḡ idithun: q̄ de ꝓbabili opi-
niōe pessimoꝝ ꝯtrit iuidiā: secū ipe delibe-
rās dicit: meliꝰ esse silentiū tenere: q̄ aliq̄d
maliciose dicere. Quis em̄ hoiꝫ sic cautꝰ
sit: vt si inꝛ emulos loq̄ꝛ: nullū v̄bū eiꝰ in-
currat aliquā q̄stionē: Nūc ꝑticulatim sin-
gula videamꝰ. Dixi: h̄ est: apud me in cor-
de meo: vbi sapiētes ante deliberāt q̄ lo-
quanꝛ: Custodiā vias meas. Non dicit a
criminibꝰ me abstineā: qꝛ iaꝫ sctūs erat: s̄
a sup̄fluis verbis: q̄ raro pōt vitare vel cō-
tinēs: sic iacobꝰ aplus dicit: Linguā enim Iac.3
nullus hoim̄ domare pōt. Modicū q̄dem

mēbꝝ ē: ſ magna exaltat. Difficil' qppe res ē linguā i lubrico fauciū ꝯſtitutā: ꝯtrahē rigide ꝫ tenē mēſurā. Cui ſi icaute frena laxētur: freqnt' ꝯ ſe loqt'. Facili' em̄ tacēdo culpa r̄fugit': ꝙ loqndo. **Poſui ori meo**
Al. cū cōſiſteret **cuſtodiā: ꝯū ꝯſiſtit pctōr aduerſū**
me. Figura ē Ephexegeſiſ: id eſt: explana
Sche tio dicti ſupior'. Dic' em̄ cām quō delinqt i lingua ſua. Lingue ſiqdē oſtiū os habet: ꝫ bñ illa clauſa ſuabit': ſi ei' ianua cuſtodi
Eccl. 28 tur. Salomō ꝙ dic'. Ori tuo facito oſtiū et
ET ſerā: ꝫ ꝯbis iugū atꝙ ſtaterā. Sera em̄ dicta ē: qꝺ ſero oſtys adhibeat'. Sꝫ iſta tāta cuſtodia quā ꝑmiſit ſeqt' qñ maxie debeat adhiberi: ſcꝫ qñ iniq' cuiꝙ ꝯſiſtit adūſus: ꝗrēs adire: vñ calūniā poſſit efficē. **Ob mutui ꝫ hūiliat' ſū ꝫ ſilui a bōis: ꝫ dolor me' renouat' ē.** Prudēter decepti ſūt inſidiātes: vt dū ſmonē captioſe ꝗrerēt: ſilētiū repeniſſent. Sed pſit ꝫ illi obmuteſcere: qꝛ os freqnt' nimio furore ꝯcludit'. Addidit. Et hūiliat' ſū: vt illud ſilētiū
ET nō doloſū: ſ itelligeres eē puriſſimū. Hūiliat' em̄: ſigficat humi ꝓſtrat'. Siluiſſe ꝙ ſe dic' a bonis ꝑdicationib': ne doceret ꝯtēnentē. Sed qꝛ ꝯſuetudo maloꝝ ē: vt ꝙuis bona audiāt: nullaten' acqeſcāt. Quapropter: a bōis ſe dic' neceſſitate ſiluiſſe: qꝛ ſalubrē cōmonitionē recipe nō poterāt: q cōtentionū ſemia ꝑqrebāt. Dñs em̄ i euāge
Matth. 7 lio dic': Ne miſerit' margaritas vr̄as ante porcos. Nā cū dicit: Renouatus eſt dolor me': ſignificat ſibi eū ꝫ ante fuiſſe: qñ vota iniqꝝ itelligētie ꝯtute ꝯnoſcebat. Mō aūt cū videret iniqtates hoīm ꝯ ſe poti' exercitari: renouat' eſt dolor ei' pietat' intuitu: tribulationē ſuā faciēs delictū videlicꝫ alienū. **Cōcaluit cor meū intra me: ꝫ i meditatiōe mea exardeſcet ignis.**
Locut' ſum i lingua mea. P' ſilētiū qꝺ ſe ptuliſſe dic' iniuſtū: vt hoīb' ꝑdicare mīme ſalubria potuiſſet: ꝯūſus eſt magno ꝫſtu caritat' locutur' ad dñm. Sꝫ audiam' ꝙ potēter delibatiōis ipi' ardor exponit'. Cōcaluit dixit cor meū: id eſt: ab oī pte ſuccēſū ē: vt mot' iſte tā magn' ad cogitationē rex celeſtiū pueniret. Intra me: in hoīe ſcꝫ intiore: vbi rō tacita loqtur: ꝫ a dño dignāter audit'. Seqtur. Et in meditatione mea exardeſcet ignis. Ne putares ignem inſanis motibus ꝫſtuare: in meditatiōne mea poſuit: id eſt: i ꝯſilio: i delibatiōe: vbi ardor mēt' ſb modeſtia prudēt' accēdit': ꝫ illuminatā mētē diſciplinal' flāma circūuolat. Quid em̄ āpl' ꝙ caritas feruet? Sed feruor ille tranqllꝰ ē: māſueta iflāmatio: motus inculpabil': feſtinatio moderata. Quapꝑt' vir iſte ſctiſſim': qꝺ ꝑfectiſſimis accidit ꝫ cōpetent' tacuit ꝫ apte locut' eſt. Nā q ſiluerat doloſis inimicis: ꝯaci dño ꝯſcie ligua ꝓclamauit. Nec vacat qꝺ dic': Ligua mea: h̄ eſt: q pura mēte ſolebat dño ꝯfiteri ꝫ aduētū ei' ſtudio pię dilectōis expetere.
Notū fac mihi dñe finē meū. Et nūeꝝ dieꝝ meoꝝ q̄s eſt: vt ſciā qd deſit mihi. Poſt illā tā magnā patiam ꝫ inuicti ai robur eximiū: abſurdū eſt credere ſctm̄ virū deſiderio huius vitę annoꝝ ſibi noticiā poſtulaſſe: ſ plen' deſiderio dñi ſaluator': quē tota mēte decuit pqri: ſcire voluit q ei lucis termin' pararet': ſi potuiſſet ad illā ſctām incarnationem quā geſtabat mēte: ei' lōgeuitas puenire. Petit ꝗ vt finē ſuū nouerit: id eſt: dñm ſaluatorē. Ipſe em̄ nr̄ ē finis: ad quē pueniſſe vita ē: nihilomin' ſine fine: ſi tñ eū culpis ſeqntib' nō reddam' infenſū. Deinde nūeꝝ ſuoꝝ dieꝝ deſiderat adūtere: vt euidenti' appareret ſi ei' ꝯſpectū etiā corporeis ocul' mereret' aſpicere. Addidit etiā: Vt ſciaꝫ qd deſit mihi. Suo em̄ fine recognito: ſcire potat qntū vſꝙ ad aduentū eius reſtare potuiſſet. Et bñ additū ē: qd deſit mihi: qꝛ reuera deeſſe ſibi iudicabat ad vitā: ſi ei' nō meruiſſet videre ꝑſentiā. Sic magni ardoris illi' deſideriū ſmōis iſti' qlitate ꝯſtat expſſuꝫ.
Ecce veteres poſuiſti dies meos: ꝫ ſubſtātia mea tāꝙ nihil añ te ē. Al. nihilo / Al. nihil
Vides merito xp̄i dñi ꝑſentiā poſtulataꝫ: anteꝙ veteres dies ſuos eē ꝓfitet'. Nā ꝙuiſ deo placita ſe ꝯūſatiōe tractaret: in veteribus tñ dieb' erat: qñ necdū ad grām noue regnātōis aduenerat. Veteres em̄ illo tpe fuerūt dies: q hūanū gen' ad defectū mortis ꝓtin' adducebāt: nec erat in illis aliqd nouū vbi minime radiauerat dñi ſaluatoris aduētus. Vñ ꝓpha dicit: Veteꝛa tranſi
Eſa. 4 erūt: ecce facta ſūt oia noua. Seqt'. Et ſubſtātia mea tanꝙ nihil ante te ē. Non dicit act' ſuos nihil eē añ deū: ſ ſubām ſuā. Nā

quõ poẜat fieri: vt q̃ mundũ trãsilierat: su-
perauerat carnis sue vitia: añ deũ h̃ret vt
nihilũ? Sed merito ſubam ſuaʒ añ deũ di-
cit nihil eẽ: q̃ adam peccãte dãnata ẽ. Cui
nisi aliq̃d diuitas ꝯtulerit: d̃ ꝑpo ñ hʒ ope
q̃d ꝑſumat. Uerumtñ vniuersa va
nitas: oĩs hõ viuẽs. Cũ trãsilitor iste
vitioꝝ: veri ſe luminis iſpectiõe cõplesset: et
futuꝝ diñi ſaluatoꝛ̃ aduẽtũ cordis oc̃lo ꝓ-
uidisset: ne q̃ſq̃ crederet ſc̃tõs viros a tẽp-
tatiõib⁹ alienos: redit ad infirmitatẽ ſuaʒ
quã int̃ v̾tutes egregias carnis vitio ſusti-
nebat: dicẽs: Magna sunt q̃dẽ ista q̃ dixi-
mus: magna q̃ credim⁹: verumtñ q̃m in hac
mortalitate v̾ſamur: vbi mẽtẽ nr̃am fragi-
litas pulſat hũana: nec ẽ adhuc vnũ illud
eternũ q̃d nos i ſua faciat firmitate ꝯsiste-
re: vniuſa vanitas oĩs hõ viuẽs. Uanitas
etẽm: sic ſepe dixim⁹: mutabilitatẽ signifi-
cat: quã oĩs hõ ꝑter xp̃m sustinet q̃ hac car-
ne vestit⁹ ẽ. Exprobrat eñi vir ſc̃tissim⁹ mũ-
dane vite ꝯsuetudinẽ malã: ad illã eternã
desiderãs ꝑuenire btitudinẽ vbi ſe itellige-
Al. reptñ bat bituꝝ cũ angel̃ portionẽ. †Quãq̃ i
Al. ꝑtrãsit imagie dei† ãbulet hõ: †tñ vane con
Al. ⁊ frustra turbatur. Thesaurizat ⁊ ignorat
Al. cõgregabit cui† ꝯgregat ea. Q̃d v̾e ſapiẽtib⁹ inest.
Postq̃ ꝓbabil̃r tacuit ⁊ religiose locut⁹ ẽ:
venit ad ordinẽ ſc̃dm: vbi q̃nq̃ꝑtito syllo-
gismo ꝓbat ꝑter dei ſpeʒ atq̃ expectatio-
nẽ: post ꝑmi hoĩs trãſgressionẽ: hũanũ ge-
nus vanitati eẽ ſubiectũ. Sed dicẽdo: Q̃-
q̃: neſcio q̃d amplũ: neſcio q̃d iſigne vult
intelligi: q̃d licet hõ gestet: tñ vanis desi-
derijs occupat̃. Sed q̃d sit istud excelsum
ꝯseq̃nter exponit. In imagie dei ambulet
hõ. Imago dei ẽ illa: quã hõ in reꝝ ꝯditõ-
Gen. j ne ſuſcepit: q̃ñ dictũ est: Faciamus hoĩem
ad imaginẽ ⁊ sĩlitudinẽ nr̃am. Hec sñia sic
nobis breuiter diuiſa cõstabit: si ꝑmit⁹ in-
telligam⁹ aliud eẽ imaginẽ: aliud sĩlitudi-
nẽ. Imago q̃ppe habet sĩlitudinẽ ei⁹ rei cu-
ius imago est. Sĩlitudo ãt nõ ſemꝑ habet
1. Cor. 4 ei⁹ imaginẽ cui sĩlis est. Et idõ interioꝛ hõ (
q̃ sicut dicit apl̃s: renouat̃ de die in diẽ: in
q̃ ẽ itelligẽtia rõis: ⁊ v̾itat̃ agnitio: ⁊ imor-
talitas a diuinitate collata) merito d̾ hr̃e
imaginẽ dei: q̃m ꝓ ſpũali actuũ ſuoꝝ diſ-
Ibidẽ positiõe ꝑstãtioꝛ ẽ. Exterioꝛ vero homo: de q̃
idẽ dicit apl̃us: qui corrumpit̃ ⁊ diuiſo paſ-
sionũ fasce p̾grauat̃: habet tamẽ aliquã
similitudinẽ creatoris: ex eo q̃d viuit: q̃d vi-
det: q̃d est: quod ad mentẽ ꝯuertit̃ ſe regẽ-
tem: q̃d int̃ creaturas reliq̃s valde dicitur
bonũ: q̃uis hec in deo lõge aliter ſũt: meq̃
sint: q̃ in creaturis esse dicunt̃. Sed quid
dicã hoĩem exterioꝛẽ? Compat̃ illi ⁊ v̾mis:
compat̃ ⁊ leo: compat̃ ⁊ lapis: nõ dignita-
te ſubstãtie: ſed ex aliq̃ sĩlitudinis ꝑte. Sic
ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ ſuam fecisse ho-
minẽ recte intelligit̃ deus: si ſuis partibus
diuiſa reddãtur. Quod pat̃ augustin⁹ in li-
bro q̃stionũ: titlo ſc̃do: ſubtilius diligẽ-
tiusq̃ tractauit. Sed licet imago ista ma-
gna sit: ⁊ tãti auctoris aliqua similitudine
gloriet̃: quod viuit: quod rõnalis est: q̃d i-
mortalis est: homo tamẽ quia fact⁹ est pec-
catis obnoxius: ⁊ primi patris ante trans-
gressionẽ puritati dissimilis: tamen cadu-
cis desiderijs turbatur atq̃ cõfundit̃: mo-
do victum cogitãs: modo vestẽ temporis
necessitate perquirẽs: vel alia nimis innu-
mera: quibus in hoc mũdo ſubdita tenet̃
humanitas. Et bene dixit: Conturbatur:
quia puritatẽ mentis perdũt qui desideri-
is temporalibus occupant̃. Addidit. The-
ſaurizat: ⁊ ignorat cui congregat ea. Hinc
probat̃ stulta vanitas: quoniã cupit peri-
tura seruare: ⁊ transitoria custodire: maxi-
me cum possessio eorũ probet̃ incerta. Nã
qui ſe putat caris filijs relinquere: ignorat
si ea contingat inimicissimos possidere. Et
intuere: quia licet multa sint similia in qui-
bus hominũ mutabilitas accuſetur: auari-
cia tamẽ electa est cui hec potius imputen-
tur: vt insigne malum audiret: quod sibi
dictum ⁊ vitia minora cognoſcerent. Scri-
ptum est enim. Radix omniũ malorum cu- j. Timoth. 6
piditas. Et nũc que est expectatio
mea: nonne dominus? ⁊ ſubstan-
tia mea† ante te est. Predicta humani Al. apud
generiſ vitiosissima vanitate: nũc redit ad
perſonam ſuam: pronunciãs expectatiõeʒ
sibi esse dominuʒ christum: nec in caducis
desiderijs ſe habere aliquam p̾ſumptio-
nem: ſed illum expectare: qui iam saluta-
riter mundo cognoſcatur aduenisse. Po-
test autem hec expectatio: ⁊ iudiciuʒ signi-
ficare: in quo ſancti noſcunt̃ perpetua gau-
dia promereri. Nam vitiorum transilitoꝛ

egregi⁹: necesse erat vt illud tp̄s expectare debuisset: qñ eū eterna p̄mia coronarent. Substātiā vò suā: h̄ nō illā adē: quā ante duos v̄sus posuit dic̄. Illa em̄ i malo: ista i bono mēorata ē: q̄r nom̄ ęquocū ē. Quapp̄t h̄ subam in bonā p̄tez debem⁹ accipe: sc̄z ꝯsciētię possessionē: q̄ sustētabat: q̄ pascebat: q̄ diues ꝛ p̄ffamilias erat. Ante te est: dixit: nō i sacculis meis: vt sup̄ de auaris est positū: in ꝯspectu tuo: nō in occultis meis: vbi iextricabiles p̄bant esse diuitię. De illa em̄ q̄ vituꝑabilis fuit dictū ē: Tanq̄ nihilū ante te est. De ista vò positū est: Ante te ē: vbi eē nihil pōt nisi qd̄ gl'iosa fuerit actione pfectū. **Ab oībus iniq̄tatib⁹ meis eripe me: opprobriū insipiēti dedisti me.**
Al'.erue
Quis iste scūs probabili se deuotōe tractaret: tū rogat vt ab oībus iniq̄tatib⁹ suis dn̄i miseratōe liberet: vt agscam⁹ neminē h̄ esse securꝝ: q̄uis bn̄ficia diuia pcepit. Nā cū dic̄: Ab oib⁹: significat iniq̄tatū diuisas eē minutias: sic in octauodecimo dictū ē. Delicta q̄s itelligit: Ab
Ps.18 occult' meis mūda me dn̄e: ꝛ ab alienis parce suo tuo. Seq̄t. Opprobriū insipiēti dedisti me. Stultoꝝ ꝯsuetudo tal' est: vt illos mag' irrideāt: q̄s bonis morib⁹ studere cognoscūt. Sanct⁹ q̄ vir opprobriū erat stultis: q̄r sibi dissimilē respuebāt. Sola em̄ scelerati laudāt: q̄ videt h̄re cōia. **Obmutui: ꝛ nō aperui os meū: qm̄ tu fecisti.** Redit ad supiora q̄ dixerat: asserēs nō r̄ndisse inimic' suis: h̄ etiā addens: Qm̄ tu fecisti. Ipse vtiq̄ fecit: q̄ patiētię dona concessit. Hoc tā salubre silētiū nō habuisset: nisi celestis largitas dedisset. **Amoue a me plagas tuas. A fortitudie em̄**
Al'.nō hz
man⁹ tuę ego defeci. Premissa cā deuotiōis idithun cōpetēter veniā petit: vt q̄ p̄cepta secut⁹ fuerat dn̄i: mereret audiri.
P
Plage sūt correptiōes q̄ de flagello veniunt: q̄bus pro nr̄is pctis iustissime v̄beramur. Ipas q̄ scūssim⁹ vir desiderat amoueri: q̄ culpis debebant admissis. Fort' manus grauit' flagellat: ꝛ necesse erat quēlibz illū deficere: quē manus excelsa pcuteret. **In increpatiōibus ppter iniquitatem corripuisti hoīem. Et tabescere fecisti sicut araneā aīam eius:**
Al'.nō hz **veruntn̄ vane ꝯturbat ois hō viuens.** Hic pietas dn̄i euidēter ostdit: qui nō diligit increpatiōes nisi vt hoies corrigant. Iniq̄tas q̄ppe mortaliū: more putredinis sine fine vagaret: si eā medicinal' increpatio minime desecaret. Tūc em̄ ꝯuertimur: tūc a mala intētione discedimus: qñ nos p̄ceptis dn̄icis argui posse sentimus. Aranea vò corp⁹ habet tenue: in terra nō habitat: h̄ per loca altiora telas q̄sdā tenuissimas viscēꝝ digestiōe ꝯterit: sicut ꝛ a q̄busdā v̄mibus sericū dicit exfilari. Huic q̄ exiguo corpusculo recte cōuersi ꝛ afflicti aīa cōpatur: q̄ longis obseruatiōibus vigilijsq̄ fatigat⁹ terrena deserēs: sbtilissimas opationes v̄tutū diuino timore tabeficatus efficit. Post hęc reuertit ad illud suę ppositiōis initiū: q̄r licet increpet: licet tabefiat: tn̄ fragilitate hūanitat' diuisaꝝ rerum varietate ꝯfundit. Sed ab hac pturbatiōe ille solus excipit: q̄ ad diuinā ꝯtemplatiōnē pura mēte trāsfert. Perfecta est: vt estimo: rhetorici syllogismi q̄ Epicherema dr̄
q̄nq̄ptita p̄batio: quā nūc mēbris suis vt possumus v̄sibusq̄ reddam⁹. Propositio eius ē. Q̄q̄ in imagine dei ambulet hō: tn̄ vane ꝯturbabit. Probatio ppositiōis. Thesaurizat ꝛ igrat cui ꝯgregat ea. Seq̄t assūptio q̄ttuor v̄sib⁹ pcedēs. Et nūc q̄ est expectatō mea: nōne dn̄s? Et cęta. Nec offendat qd̄ tā lōga videt assūptio. Dixim⁹ em̄ breuitates mēbroꝝ istoꝝ a mḡris sc̄dari b⁹ postea fuisse ꝯstrictas: hic aūt q̄rēda sūt ptiū ipaꝝ: nō tā expssa: q̄ designata vestigia. Adiūcta ē assūptionis p̄batio. In icrepatōib⁹ ppt iniq̄tatē corripuisti hoiez ꝛ tabescē fecisti sic araneā aīaz ei⁹. Prouenit nisi fallor: expectata ꝯclusio ppositiōi suę apte r̄ndēs. Verūtn̄ vane ꝯturbat ois hō viuēs. Sic q̄nq̄ptiti syllogismi: sic opinor pacta p̄batio ē. **Exaudi deus orationē meā ꝛ depcationē meā: aurib⁹**
Sil Al'.nō hz Al'.oīc
pcipe lachrymas meas. Idithun iste q̄to plura mysteria didicerat: tanto se ante dn̄m enixa supplicatione fundebat. Venit ergo ad ordinē tertiū: vbi hūiliter ꝛ cōfidenter exorat remitti sibi peccata priusq̄ vitam finiat. Quapropter necessariū ē ꝯsiderare: vt ille q̄ dictus ē mūdi vitia trāsilisse: cur adhuc taz grauiter videat igemere: scilicet: q̄r nulli sufficit de vitijs acq̄sita vi-

ctoria: nisi iugi fuerit supplicatiōe seruata.
Prius itaq̃ orōem dixit: post deprecationē.
ET Orō est oris ratio: quā pnu allegam⁹: vo-
ta nr̄a pandētes. Deprecatio vero est: freq̄ns
et assidua supplicatio: q̄ ab imo pectoris p-
fertur arcano. Audi enim quod sequitur:
Auribus percipe lachrymas meas. Freq̄n
ter diximus: deuz q̄ vidět audire: q̄ audit
vidē: q̄z nō corpalib⁹ mēbris distinguit: s̄
omia v̄tutis suę diuinitate opatur. Et ne
putares supplicationē tantū adhibitā fuis-
se verboꝝ: lachrymas meas dixit: q̄ violē-
tę sunt semp in p̄cibus: et ad demētiaz me-
dicinalē animū miserātis adducūt. Ne
Al.nō bs sileas a me: qm̄ ego incola sū apd
Al.aduena te in terra: et peregrin⁹ sicut omēs
Al.nō bs patres mei. Ne sileas dixit: id est: audiā
Luc.7 te dicētē: q̄ euāgeliū testat: Remissa sūt
tibi peccata. Siue q̄ alio loco psalmus
Ps.54 dicit: Dic aię meę: salus tua ego suz. Siue
Math.25 illud: Venite bñdicti p̄ris mei: percipite re
gnum q̄ vob paratū est ab origine mūdi.
Quocirca conuenit: quicq̄d hoꝝ sentire vo-
P lueris. Incola vero dicit: q̄ terraz colit ad
tps superueniens extrane⁹: non q̄ in patrię
suę regiōe consistit. Quod omi scō euenit q̄
in diuina ciuitate recipit. Omnes em̄ nos
pctm̄ fecit ex̄neos: et i nefaria tenuit regiōe
captiuos. Sed qñ nos miscdia ei⁹ suscapit:
incolę sumus: qm̄ illuc aduenim⁹: id est: de
babylonia ad hierl̄m ipo attrahēte traspo
nimur. Ideo em̄ posuit: apd te: vt nō i dia
boli sed in dn̄i ciuitate incolatū fuisse sen-
tires. Subiunxit. Et peregrin⁹ sicut omēs
p̄res mei. Exp̄ssit q̄ supius dixit. Ōis em̄
hō q̄ recipit in btitudine: pegrin⁹ dicit: q̄z
ET incipit eē vbi nō erat. Peregrin⁹ em̄ dicit:
q̄si pergēs longius. Et vt generalē hāc co-
gnosceres fuisse sniaz: dicit: Sicut oēs pa
tres mei: ne q̄s ab hac cōditione putaretur
exceptus. Remitte mihi vt refrige
Al.abeā rer priusq̄ eā: et amplius non ero.
Vir pudus et veritatis ipius illuminatiōe
cōpletus: hic sibi petebat dimitti: vt cert⁹
ad futura iudicia puenirer: et quandā recre
ationē sumeret in p̄nti vita: illius regni se
curitate suscepta. Professus ē em̄ ęstuāte
se cura succēdi: qui se postulabat imbre mi
scdię tēparri: sicut supra ipe de se dicit. Cō-
caluit cor meum intra me: et in meditatiōe
mea exardescit ignis. Merito ergo hic re-
frigerari sibi petebat: q̄ tanti desiderij calo
re flagrauerat. Addidit. Priusq̄ eā: id est:
anteq̄ de ista luce discedā. Et amplius nō
ero. Vtiq̄ in hoc mūdo: vbi peccatoꝝ fa-
cinoribus subuenit: dum se a dn̄o conuersio-
nis accepta hūilitate correxerint. Siue di-
cit: amplius nō ero: si desinas subuenire: q̄z
nō ē esse in ęternis afflictionib⁹ pmanere.
Esse em̄: p̄prie beati est. Merito ergo nō
se dicebat eē: si se habere cum electis nō in-
tellexerit portionez. Cōclusio psalmi.
Ecce vitioꝝ trāsilitor egregi⁹: q̄sta
e nos btissimę institutiōis salubrita
te cōmonuit: inter blasphemos et
iniquos h̄re linguę continentiā: noxia vitare
certamina: rixas grauissima moderatione
cōprimere. Silentiuz est q̄ppe pbabile: q̄
nos mime pducit ad culpam: q̄ sapiētes
pdit: q̄ grauissimos facit: q̄ consilium nu-
trit: q̄ ipm q̄ gratissimū oñdit esse sermo
nē. Quapropter hauriam⁹ remedij huius
saluberrimā porionē: vt q̄ sanctos tam p-
ficue tacuisse cog̃scimus: pctōꝝ immodera
tam linguę licentiā nō amemus.
Explicit expositio in ps̄. XXXVIII.
Incipit expositio in ps̄. XXXIX.

In finem psalmus dauid.

Epe q̄dem diximus: p finem et dauid
s xp̄m dn̄z significari: cui iste psalm⁹
aptādus ē. Sed in p̄mordijs eius
eccl̄ia loq̄tur: h̄ est: spōsa cęlestis: membra
christi fideliū multitudo. Deinde venit ad
caput nr̄m dn̄m saluatorē: vt toti⁹ psalmi
cōtextio vni corpi congruēt aptet. Diuisio
Rima narratiōe gr̄as agit eccl̄ia q̄
p venit ex gētib⁹: q̄z de mūdi isti⁹ ve
ternoso merore libata: ad noui te-
stamēti meruit gaudia puenire. Scda: ipe
dn̄s loq̄tur xp̄s: sanctā incarnationē et iu-
sticiā suę p̄dicatōis exponēs: ob h̄ p̄ris au
xiliū dep̄cat: vt picula possit a iudęis illa-
ta supare: confundi postulās inimicos: et leta
ri oēs q̄ sperant in eū. Expositio psal.
Xpectās expectaui dn̄z: et re Al.intēdit mihi
e spexit mę. Et exaudiuit de Al.preces meas
pcatione meā. Eccl̄ia catholica
q̄ fuerat de toti⁹ mūdi ptib⁹ congregāda: pa
tientię virtutem prędicat: quam int summ-
mas laudes habere conuenit christianuz.

Queadmodū eñ aut tribulatões sufferat
aut piclor pōd⁹ euadat:nisi diuio bñficio
tolerātie robore fulciat? Sz əsiderād⁹ ē h
smo geminat⁹:qz supflua nō est tā decora
repetitio. Expectare siqdem possum⁹ ⁊ in-
grati. Expectātes aūt expectamus:qñ mi
tes aliqd cū magno desiderio sustinemus.
Top hoc argumentū dr a ɔiugat:qñ vnū vbū
ortū ab alio varie cōmutamus : vt sapiēs
sapiēter:prudēs prudenter. ⁊ his silia. Re
spexit:qz puenit oē bonū nrm. Lumē q̄ppe
vitat hre ñ possum⁹:nisi ab illi⁹ ɔspici cla
ritate mereamur. Subiungit. Exaudiuit
me:vt pie atqz efficacit expectasse videat.
Depcatio qz significat vt dictū ē:freqntis-
simā pce:qñ rari⁹ orare nō pocat : q sustī-
nens dñm sustinebat. Et eduxit me de
lacu miserie: ⁊ de luto fecl. Et sta
tuit supra petrā pedes meos: ⁊ di-
rexit gressus meos. Sic duob⁹ modis
opari pcipit xpianū: vt declinet a malo et
faciat bonū:ita duplici rōne dñm dic pfu-
tura ɔcedere. Primū est eñ vt nos educat
de mūdi isti⁹ pfundissima calamitate:cui⁹
apte designata est maligna latitudo lacus
miserie lutusqz fecilētus. Et vt exprimeret
delictor crassitudinē corpulētiaqz:lutū ad
didit:q lacu ɔtinet:ne pctā sol aqs cogsce-
res quis densissimis cōpata. Nā sic lutus
laci fetid⁹ atqz gluis ē:ita ⁊ hoium delicta
limosa sūt: q ⁊ fetorib⁹ horrescūt: ⁊ gluitate
demergūt. Deinde pedes nros sup petrā
statuit:cū in xpi dñi iussionib⁹ ambulam⁹.
Ipe est eñ nob spualis petra:q in se fixa ñ
sinit demergi vestigia. Et respice: qz sic pec
cata vtutibus ɔtra sūt:ita ⁊ eay vie pban
tur eē dissimiles. Illa eñ sic sunt mollia ⁊
dissoluta : i itineris sui cenositate voluūt.
Uirtutes aūt queadmodū rigide sūt ⁊ im
mobiles:sic hñt viā petralē:vbi nō inqui-
nat:s mūdis pedib⁹ ambulat. Et imi
Al. carmen sit in os meū cāticū nouū: hymnū
deo nro. Uidebūt multi ⁊ time-
būt: ⁊ sperabūt i dño. Supiora psal-
mi ad illud ptinēt:qñ de⁹ humanū genus
in mūdi isti⁹ cenositate demersū:ad petre
trāstulit firmitatem:ad religiōez videlicet
xpianā. Qd vsus iste nūc apit :dicendo:
Et imisit in os meū canticū nouuz : id est:
noui testamēti scīssimā pdicationē. Sed
nouū bñ dicit: quia incarnationē dñi cor-
poreis oculis etas antea nulla conspexit.
Deo eñ nihil nouū est:quādo ante ɔstitu
tionē mūdi dispēsatiōis sue vniuersa pre-
sciuit. Hymn⁹ autē grec⁹ sermo est:id est
laus carminū lege cōposita. Et qñ hymni
erāt quos idolis suis etiā gētilitas psona-
bat: addidit: Deo nostro: vt qualem hym-
nū diceret : distincte potuissem⁹ adūtere.
Uidebūt multi ⁊ timebūt. De mirabilib⁹
dicit: q tpe sancte incarnatiōis effecta sūt.
Uidētes eñ iudei talia timuerūt: ⁊ christi
dñi pdicatiōib⁹ ipsor agmina crediderūt.
Sperauerūt aūt in dño:qñ xpiani eē cepe
rūt: vt post illū timorē miraculor ɔūsi: spē
in dño firmissimā hre pbarent. Btūs
vir cuius est nomē dñi spes eius.
Btūs iste vir p scdam spēm diffinitōis ex-
primit: q grece Ennoematice: latine notio
nūcupat. Hec vnaqqz rē p id qd agit: ñ p
id qd ē conat ondē. Nā q sit iste btūs: po-
sita determinatōe pfinit: id est: c⁹ ē spes no-
mē dñi. Spes. n. dicta ē: qsi stabil pes. Nā ET
⁊ illi dicūt spē suā i dño ponē: q ab eo dari
sibi tpalia depcāt. Hi videt nō ppt se dili-
gere deū: s ppt illa q postulāt. Ille aūt va
citer habet spem nois dñi: q solā ɔtēplatio
nē ei⁹ auidi⁹ ɔcupiscit. Nomē g dñi int cēta
saluator eīn⁹ ē. Et ille spez suā pōit i ei⁹ no
mie q se ñ suis merit: s ab eo p ei⁹ graz cre
dit eē saluādū. Dicti sūt ⁊ i euāgelio octies
bti: vt ē illō. Bti paupes spū: qñ ipor est
regnū celor. ⁊c. Et i deuteronomio silr re-
perit: cū ppls israeliltic⁹ terrā repromissiōis
intraret: qd iō multifarie dr: qz diūsis mo
dis btitudo pstat. Sed hec oia: p singulas
spēs definitionū diligenter expssa studio-
sus lector inueniet. Et non respexit in
vanitates: ⁊ isanias falsas. Et h v-
sus pendet de supiori sentētia. Expōit eñ
cui sit spes in noie dñi: scz q nō respexit in
vanitates ⁊ insanias falsas. Legit eñ. Ne
mo pōt duob⁹ dñis seruire: Qd ⁊ loc⁹ iste
cōmemorat. Nā q spem hz i dño rerū oim
potēte: respicē nō dz ad caduca. Uanitas
est eñ: a scā religiōe sbita varietate muta
ri: ⁊ mētē fallaci illusione ɔūtere. Insanie
vo false sunt: saxis formasse deum: quē gē
tilitas adoraret: vbi futuror ordinē mēda
cit inqrebāt. Et ē Epitheton; insanie: pul

cherrimũ: id est: falsitas. Insanię q̃ppe mē-
tē fallũt: qm̃ a v̾itate dissentiũt. Põt h̾ et
ad illos aptari: q̃ spectaculoꝝ fallaciũ de-
lectatõe capiũť. Ideo. n. plurali nũero po
sitę sũt isanię: vt p̾ silitudies rerũ lati⁹ dis-
currere debeam⁹. Multa fecisti tu do
mine de⁹ me⁹ mirabilia tua: ⁊ cogi
Al'. q̃s tationib⁹ tuis nõ est† q̃s silis sit ti-
bi. Cũ de opibus hoim loq̃reť insanis: ap
te intulit diuia miracula. Nã q̃ inflãmanť
ɔtendẽtib⁹ aurigis: q̃ pantomimus saltati
onib⁹ molliũť: q̃to meli⁹ si cogitẽt cęlũ et
terrã pulcherrima diuisitate formata: q̃ ha
bẽt ⁊ aspectũ decoꝝ ⁊ ɔsideratõnẽ oino mi
rabilẽ. Seq̃ť. Et cogitatiõib⁹ tuis nõ ẽ q̃s
silis sit tibi. Adhuc illas supstitõẽs elidit:
q̃s sibi hoies: aut ad religionẽ p̾usam repe
rerũt: aut i spectaculꝭ celebrandis motialiq̃
voluptate finxerũt. Sz nunq̃d tale ẽ p̾ fu-
nẽ currere pede suspẽso: q̃le petꝝ terga ma
ris fixo p̾ssisse vestigio? Nũq̃d tale ẽ ignitꝭ
facib⁹ i theatro ludere: q̃le fuit camini incẽ
dia trib⁹ pueris ambulasse? Nunq̃d tale ẽ
scęnecas audire tragędias: q̃le ẽ in choris
ecclię salutiferas cognoscere psalmodias?
Istas res poti⁹ legẽtes spectare debem⁹:
q̃s nec fatię q̃rim⁹ ⁊ ɔficię semp̾ audim⁹.
Dicẽdo eñ: q̃s silis tibi: malaꝝ reꝝ arguit
inuẽtores: q̃ se neq̃ter inferẽtes: fallaciũ ar
tiũ auctores eẽ gl̾ianť. Hacten⁹ p̾dicauit
sctã mať eccl̾ia: nũc audiam⁹ loq̃ntez dñm
saluatorẽ: vt q̃ð dictũ ẽ: q̃s silis tibi: mani
festũ nob̾ subseq̃nti expositione reddatur.
Annũciaui ⁊ locut⁹ sum: m̾ltipli
Scde cati sũt sup̾ numeꝝ. Psalmi q̃dem est
scd̾a narratio: h̾ p̾ figurã Exallage: q̃ latie
appellať imutatio: ex p̾sona dñi mystica v̾-
ba ɔferũť: vbi aduentũ suũ: ⁊ pias p̾dica-
tiões gẽtib⁹ innotescit. Annũciare ẽ eñ vẽ
ET tura p̾dicere: q̃ð fecit ore ɔpphaꝝ. Locutus
sum: id est: cũ int̾ nos ɔu̾satus euangeliza-
uit: q̃ h̾ sacr̃m btẽ incarnatõnis assumpsit.
Addidit. Multiplicati sũt sup̾ numeꝝ: scz
q̃ sup̾ calculũ btõꝝ multiplicata est turba
peccãtiũ. De q̃z magnis eñ ɔplis: q̃z pauci fi
deles sũt. Nõ imerito: q̃ dũ m̾lti mũdi h̾⁹
vanitatib⁹ occupãť: raros poterꝭ v̾aciť iue
nire sapiẽtes. Et vide q̃ð dic̾: Sup̾ nũerũ.
Desig̃t eñ illos tñ i libro viuẽtiũ supputa-
tos: q̃ illi hierłz supnę p̾destiati eẽ noscũť.

Sacrificiũ ⁊ oblatiõez noluisti: Al'. aures
†corp⁹ autẽ p̾fecisti mihi. †Holo Al'. Holocau
causta etiã ɔp delicto nõ postulasti. stũ ⁊ p̾ pctõ
Hic v̾sus noui ⁊ veteris testamenti sacra-
menta cõplectitur. Dicit eñ: Sacrificiũ ⁊
oblatiõez: q̃ in honorẽ dñi fiebãt añ peco-
rib⁹ imolatꝭ: vñ sacerdotes etiã vescebãť:
deũ postremo tp̾e respuisse. Pri⁹ q̃ppe talia
suscip̾e dig̃t⁹ ẽ: qm̃ p̾ illa sacrificia p̾figura-
tio q̃dã corp̾is xp̾i eẽ videbať. Postq̃z vero
ip̾e messias: q̃ ẽ dñs xp̾s: p̾dict⁹ aduẽit: ⁊ se
ɔp oib⁹ nob̾ hostiã pietatꝭ exhibuit: necẽriũ
nõ erat: vt v̾itate cõpleta: adhuc illa figu-
ra p̾cursoria p̾maneret. Quos v̾sus: ita ex
Quia dixerūt inimici mei mihi: ⁊ q̄ custodiebant aīam meā ↄsilium fecerunt in vnū. Reddit causa cur ad subueniendū pietas dn̄i debeat prouocari: q̄m debilitate captata insidiantiū feruor accēsus est: dū credunt facile decipi: a quo non pōt defectis viribus obuiari. Et ne crederent leues inimici animę suę: dicit aduersus eos qui custodiebāt eum: ad decipiēdi sc; studiū nō ad salutis votū. Sequit. Cōsilium fecerūt in vnū. Truculētior semp est inimicorū adunata collectio: ⁊ q̄d nō diuiditur grauı⁹ vno fasce portat. Nā cuiusmodi sit istud ↄsiliū subsequēter exponit: Ait em̄: Dicentes deus dereliquit eū: persequimini ⁊ cōprehendite eū: q̄a

Al. nō hz nō est q̄ eripiat † eū. Hoc ē q̄d vir ille fidelissimus: siue in afflictionib⁹ positus: siue in senili etate metuebat. Hostes em̄ carnales mūdana potius cōtuentes: cū viderint hoiem crebra calamitate fatigatū: credunt a deo desertū: qui diuinā putāt grāz in solis corporeis virib⁹ cōstitutā. Persequimini eū dixerūt: q̄r fugere nō poterat. Cōprehendite: q̄r reluctari violētissimis nō valebat. Ex eo em̄ a dn̄o derelictū arbitrati sunt: q̄r eū truculentię suę traditū esse senserūt. Quod quidā ⁊ dn̄o saluatori applicādū esse putauerūt. Sed decentior ordo est dictōis: ne p̄sonā quā in mediū deduxim⁹: incōgrua subito varietate mutem⁹. Sequitur. Quia nō est qui eripiat eū. Dementes prorsus qui hoc estimabāt poti⁹ quod videbant: quasi de⁹ deserat p̄mys quos exponit iniurijs: ⁊ nō magis coronare velit: q̄s probare deberi p̄mittit. Sic deliberat q̄ ad oculū iudicat. Negauit p̄sentē dominū: q̄ fidelibus suis visuale venire non putauit auxiliū: dum credidit nō existere: quē arbitrabat̄ hūanis cōspectib⁹ nō adesse. Deus ne elongeris a me: de⁹ meus in

† adiutorium meū respice. Hūana putat infirmitas elongare deū: q̄n ei venire tardat auxiliū. Ille em̄ nec motu p̄greditr: nec de loco ad locū transfert: sed omnia ineffabiliter replens: vniuersa volūtatis suę virtutib⁹ administrat. Petit ergo ne gratia ei⁹ ab ip̄o discedat: ⁊ grauiorib⁹ iniquorum exponat̄ insidijs. Addidit: De⁹ in adiutoriū meū respice. Quia se nouerat affligendum: orat vt p̄ adiutoriū dn̄i ei digna patiētia tribuat̄. Nā q̄ē ille adiuuat: malorū cōtritione nō deficit: sed tunc spe potius erigit̄: q̄n tribulationū fasce p̄grauat̄. Al. auxiliū

Confundant̄ ⁊ deficiant detrahentes animę meę: operiant̄ cōfusione ⁊ pudore qui querunt mala mihi. Uenit ad increpationes saluberrimas: quales catholica facere ↄsueuit ecclesia. Confundant̄ em̄ dicit: cū tua viderint disposita nō mutari. Deficiāt detrahētes animę meę: id est: obloquētes inaniter: qui institutū rectū mordacib⁹ derogationibus solēt oblatrare. Admōet em̄ tales patiētię virtute supari: quos tm̄ p̄cepit sustinere: vt ipsi magis in suis oblocutionib⁹ deficere videant̄: quaten⁹ saltē cessent sua nimietate fatigati: si nequeāt desinere ratiōe cōuicti. Sequit̄. Operiant̄ cōfusione ⁊ pudore. Pulcherrimis v̄bis depingit̄ iniquorū vētura correptio. Operiant̄ dixit: quasi quodā velo roseo verecūdię eorū facies obtegātur. Quod solet accidere his qui actiones p̄stinas vita meliore cōdemnāt. Addidit. Qui querūt mala mihi: sic illa mulier periclitanti Job p̄prio viro dicebat: Dic verbū in deū ⁊ morere. Q̄d praui solent facere suasores: qui blandimēto salutis carnee occulto vulnere animas vident̄ impetere. Job.2

Ego aūt semper † in te sperabo: ⁊ adijcia sup omnē laudem tuam. De Al. nō hz cursa emēdatione quā peccatorib⁹ est dep̄cat⁹ accidere: ad suā delectationē bonūq; cōuertit̄: vt sicut illi de diuina potētia desperabant: ita iste sperare se semper dicat in domino. Que figura dicitur Syncrisis: id est: collatio: quando quis meliorem

causam suam: q̄ adversarij esse demōstrat. Sequitur. Et adyciam sup omnem laudē tuam. Hoc plane nisi diligentius intueamur obscurū est. Nā q̄uis diuinis laudib⁹ nihil possit adyci: qm̄ augmentū nō recipit admiranda pfectio: tamē est qd ab hoībus possit noua p̄dicatione celebrari. Nā cū dixero: verbū patris fecisse celū ⁊ terrā ⁊ oīa que in eis sunt: pfecta dn̄m deuotione laudaui. Sed cū adiunxero: incarnatū esse p salute cunctoꝝ: adieci cumulū laudib⁹ plenis. Sic enī inferiora testantur: qd ista laudis adiectio ad icarnationē oīpotētis verbi absolute ptineat.

Al'. an̄nūciabit

Os meū† pnūciauit iusticiā tuā: tota die salutare tuū. †**Quia nō cognoui†negociationes.**

Al'. Dn̄i
Al'. litteraturā

Justicia patris saluator est dn̄s: quē se pnūciaturū gentib⁹ pollicet. Et ne forte aliā crederes esse iusticiā: addidit: Salutare tuū. Quid enī aliud denūciare potuit fidelis: nisi vn̄ fides christiana surrexit? Vn̄ ecclesie in toto orbe fertiles pullularūt? Vn̄ salus mūdi gloriosa incarnatōe puenit? Tota vero die: sicut sepe dictū est: cōtinuū tēpus ostēdit. Sequit. Quia non cognoui negociatōes. Pars ista versus nisi bn̄ requirat: recipe cognoscit questionē. Nā si omnis negociator oīno dānand⁹ est: nec illi hanc penā refugiunt: q artes reliq̄s exercere noscūt. Quid ē enī aliud negociatio: nisi q̄ possunt vili⁹ cōparari: cari⁹ velle distrahere? Deinde in vitaspatꝝ: Paphnutiū illū sanctissimū virū: p reuelationē negociatori legim⁹ cōparatū. Et inuenimus hodieq; in eccl'ia dei tractātes quidē mercimonia: sed sūma fide pollētes. Actus eniz pessimus: nō res honesta damnat: sicut et d iuitē legim⁹ nō introire in regnū celoꝝ: cū tn̄ iob: abraā: isaac: iacob patriarche: facultatib⁹ q̄ fuerint affluentes. Negociatores ergo illi abominabiles estimant: q iusticiā dn̄i mime cōsiderantes: p imoderatū pecunie ambitū polluuntur: merces suas plus piurijs onerando q̄ p̄cijs. Tales do-

Job. 2

minus eiecit de templo dicens: Nolite facere domū patris mei domū negociationis speluncā latronū. Ergo sensus iste taliter cōplectēdus est: vt putamus: Os meum pnunciauit iusticiā tuam: qr nō cognoui negociationes: illas scz que malis actibus inquinātur. **Introibo in†potentiam domini: dn̄e memorabor iusticie tue solius.** Potentiā homines estimāt p negociationes acquirere: ⁊ in hoc mundo fieri p̄minentes. Iste beat⁹ neglecto tali pposito: introire se dicit in potentiam dn̄i: id est: ad regna celestia: vbi reuera puenisse certa felicitas est. Introibo autez dixit: vt ostenderet hierusalē supernā clausam pfidis: apertū esse fidelibus. Et quid ibi factur⁹ sit subsequēter enarrat. Domine memorabor iusticie tue solius: illo scz tempore: cū agnos sequestrat ab hedis: cū totos gentiū populos momētanea equitate discernit: cū impios in gehēnā: fideles mittit in requiē sempiternā. Tunc enī vere memor erit iusticie solius dn̄i: quoniā eā ⁊ mirabilē ⁊ singularē esse cognoscit. **Deus docuisti me a iuuētute mea: ⁊ vsq; nunc pnūciabo mirabilia tua.** Juuentutē diximus debere accipi: ex quo cepit homo ad diuinā gratiā puenire: quia tunc anime virib⁹ firmus: tunc incipit esse robustus. Docuisti autē: siue ad libros pertinet diuinos: siue ad infusaz celitus fidē. Et ne tantū hanc sententiam in p̄mordijs crederes acquisitā: dicit: quod beatis mentibus solet accidere: Et vsq; nunc: vt p spacia temporū eius doctrina creuisse videretur. Sequit. Pronunciabo mirabilia tua. Vtiq; mirabilia fuerūt: vt doceret indoctus: vt ex pfido fieret deuotus: vt ex peccatore iustissim⁹. Hec ergo se p̄dicaturuz esse pnūciat: que in ip̄o fecerat diuina clementia. **Et vsq; in senectā et senium: de⁹ ne derelinquas me. Donec annūciem brachiū tuū generationi.** Apud grecos: duo nomia ista diuersa sūt. Senectā grauitatē vocant: seniuz etatem finitimā. Sed quia latinitas hec duo dissonātia sibi non habuit: hic etates due quasi simili noīe nūcupant: id est: senecta ⁊ seniū. Sensus ergo talis est: Vt qr se dixerat a iuuētute sua doctum vt solū domini iusticiam p̄dicaret: nunc petit vt neq; in matura: neq; in seni etate deseratur a domino: quatenus ei⁹ fortitudine roborat⁹: vsq; ad finem suum laudes possit debitas explicare. Sed videamus etates iste quibus sunt assignāde temporibus. Juuētus

fuit ecclesie: quādo dn̄s crucifixus est xp̄s: qn̄ martyrū turba dimicauit: ⁊ morientib⁹ fidelib⁹ ecclesie virtus apparuit. Senectā vero dicim⁹ etatē q̄ nūc agit̄ ꝓxima fini: qn̄ ꝑficit fides: ⁊ p̄ vniuersas ecclesias dei ꝓplus auget̄: cū mūdi isti⁹ tēpora fugitiua decrescant. Seniū aūt tēpus illud occiduū intelligendū puto: qn̄ ⁊ seuus ille tyrann⁹ adueniet: ⁊ turba martyrū hanc vitam optato fine cōcludet. Sequit̄. Donec annūciem brachiū tuū generationi. Hō ille fidelis loquit̄ introduct⁹: petens a dn̄o vt vsq₃ ab senectā ⁊ seniū in ecclesie cōgregatione ꝑmaneat: donec brachiū patris: id est: dominū saluatorē succedēti gn̄atiōi hoim̄ de-

C.55

beat p̄dicare: sic legit̄: Et brachium dn̄i cui reuelatū est: vt religio christiana toti⁹ mūdi deuotione dilatet̄: maxime cū in fine seculi sanctoꝝ p̄destinat⁹ numer⁹ cōpleatur.

Omni que vētura est. Potētiā tuā ⁊ iusticiā tuā de⁹ vsq₃ in altissima. Omni q̄ ventura est: ad supioris versus extrema iungēdū est: id est: generatōi. Et ne forsitan putares illis tm̄ denūciādū fuisse brachiū dn̄i: id est: dn̄m christū q̄ eodē tēpore fuerūt: cū ille ꝓ nobis incarnari dignat⁹ ē: addidit: Que vētura est: vt hāc p̄dicationē vsq₃ ad finē seculi cognosceres esse faciendā. Sequit̄. Potentiā tuā ⁊ iusticiam tuā deus. Hic q₃ reddendū est: donec annunciē. Nā potentia ad gratiā incarnationis respicit: p̄ quā hoiez liberare dignatus est: Justicia ad iudiciū: in quo adā ino-

pp

bediēti mortem adduxisse cognoscit̄. Nec moueat qd̄ ordine p̄posterato dicta sūt: cū hoc frequēter in scripturis sanctis inuenias. Usq₃ in altissima vero: illud declarat: q₂ vtrūq₃ mirabile: vtrūq₃ gloriosū est: reparatū hoiem p̄ gratiā q̄ p̄us fuerat p̄ iusticiā iure damnat⁹. Tendam⁹ etiā intellectū vsq₃ in altissima: q₂ de⁹ homo sedet ad dexterā patris: regnās cū eo ⁊ spirituſancto p̄ infinita secla seculoꝝ. **Que fecisti mag-**

ut.su

nalia: de⁹ quis similis† tibi: Postq₃ gratiā creatoris ⁊ iusticiā ei⁹ vsq₃ in altissima dixit esse ꝓgressam: venit ad tertiā partez vbi hymnica exultatione cōcelebrat: quantā iusticiā peccātib⁹ ostēderit: ⁊ ꝯuersis iterū₃ clementiā sue pietatis indulserit. Adā quippe inobediētē ꝓtinus paradisi voluptate p̄uauit: latronē cōfitentē ad eius amena velociter intromisit. Hec sūt magnalia que dn̄m fecisse testat̄: qm̄ ⁊ ad iudicandū singulariter fortis ostendit̄: ⁊ ad liberandū nullus ei similis inuenit̄. Qd̄ cū admiratiōe legendū est: q₂ nullus cōprehēdere: nullus sufficit digne laudare. Magnalia em̄ a magnitudine vocitant̄: q̄ stuporē hūanis mētibus p̄ suā vident̄ facere granditatē. Intulit q₃: Quis similis tibi: Quia ex opibus suis cognoscit̄ singularis. Magnitudo siquidem facti: potentiā₃ testatur auctoris.

ET

Quātas ostēdisti mihi tribulationes multas ⁊ malas: ⁊ cōuersus viuificasti me. Quātas itē: sub admiratione legendum est: quasi innumerabiles passiōes. Intēde etiā qd̄ dicit: Ostendisti: q̄a fidelib⁹ ad p̄sens duras tribulationes ostēdit. Et q₃uis male vel multe esse videant̄: in bonū tn̄ recidunt: q₂ ꝓdesse ꝯtēdūt. Multas q̄ quantitatē: malas indicāt qualitatē. Sequit̄. Et cōuersus viuificasti me. Si naturā verbi ꝯsideras: sp̄ incōuertibilis: sp̄ ꝓbatur imobilis: sed cōuersus dicit p̄ tropologiā: id est: ꝯuerti me fecisti: q₂ distortus fuerā lege pcti. Fideliū quippe tribulatio ducit ad vitā: sicut in euāgelio dicit: Beati qui lugent: qm̄ ipsi cōsolabunt̄. Matth. 5

Et de abyssis terre iteru₃ reduxisti me. Multiplicasti† iusticiā tuā: ⁊ cōuersus† exhortat⁹es me. Al. magnificētiā Al. cōsolat⁹ Abyssos quidē legimus altitudines diuini sensus: sic in alio loco psalmista dicit: Judicia tua abyssus multa. Ps̄. 35 Sed hic ideo: Terre additū est: vt ꝓfundas mensuras ⁊ voragines debuisses intelligere pctōrum: vnde se frequēter ad vite gaudia reuocatū esse ꝯfitetur. Sed aduertamus: quid sibi velit hoc quod: Iterum: dicit. Iteꝝ positum est pro frequēti: eo quod multipliciter aliquid iteretur. In sexto quippe psalmo auctoritatez

☧

secuti maiorum: diximus septē modis remissionē nobis dominū concedere peccatorum. Primo p̄ baptismū: secundo p̄ martyriū: tertio p̄ elemosynas: quarto cū debitorib⁹ nostris debita laxam⁹: quinto p̄ cōuersionē fratꝝ: sexto p̄ abundātiā caritatis: septimo p̄ penitētiā. Forte adhuc ⁊ alijs remissionib⁹ nostra fragilitas subleuet̄. Sciendu₃ tamē ideo: iteꝝ: dictū: vt medicina

eius frequētior indicet. Nam quod dicit: Multiplicasti iusticiā tuā: superiorē sensū pbat exponere. Quia iusticiā suam multiplicat: qn̄ nobis p diuersas causas afflictionū subuenire dignat. Iusticia eñi dn̄i sepe dicit: cū misericordiā facit: ꝛ iterū misericordia ipius iusticia nuncupat: qr sibi sp vtrūqꝫ ꝯiūctū est: sicut in cētesimo psalmo

Ps. 100 legit: Miscdiaꝫ ꝛ iudiciū cātabo tibi dn̄e. Sequit. Conuersus exhortat⁹ es me. Hoc verbū ꝙ paternū sit debem⁹ aduertere: vt famulos suos ꝙuis pmissa districtione castiget: tn̄ tristes pmanere nō patit: dū scripturarū diuinarū eos scto alloquio ꝯsolet. Exhortatio: cōsolatio debet intelligi: que animos cōponit: afflictionē releuat: ꝛ mentem sanat diuersis languoribus sauciatā.

Al. Nā et ego
Al. psalmi

†Ego aūt confitebor tibi in vasis† psalmorꝫ: veritatē tuā. Cū dn̄s fidelibus suis p exhortationes pias pmia eterna pmiserit: hic iaꝫ iustus ille gnālis letus veritatē se psallere ꝯfitet: id est: qr dn̄i promissa cōplenda sunt: dum nescit fallere qd eterna veritas pollicet. Pulchre aūt definitū est psalmos vasa esse veritatis: q̄si spiritualia dolia vinū dn̄i incorrupto sapore seruātia. Psallā tibi de⁹ in cithara: sanct⁹ israel. Frequēter dixim⁹ fidelium christianorꝫ duas maximas esse virtutes: spiritualē ad bene credēduꝫ: actualē ad bn̄

Mu agēdū: quas hic se p spēs musicas vtrasqꝫ dn̄o oblaturū se esse pmittit. Nā qd ad spiritualē virtutē ptinet: in superiore versu psalmū se cantaturū esse pollicit⁹ est: qd ad actualē in cithara laudare se dn̄m dicit. Psalmus eñi: sicut sepe dictū est: de superiorib⁹ sonat: cithara de inferiorib⁹: melos ad superna transmittit. Sed cui psallat vel citharizetur: dicit: Sancto isrl: nō quē gentilitas putabat erroneū: sed quē pribus nostri vera fides ostēderet.

Al. Exultabūt †Gaudebūt labia mea dum cātauero tibi: ꝛ aīa mea quā redemisti. Labia: os interioris hominis dicit. Habet eñi ꝛ mens vocē suam qua tacite clamat ad dn̄m. Nā vt hoc spiritualiter intelligeres: adiecit: Anima mea quā redemisti. Ipsa ergo gaudet in labijs suis internis: que se redemptam esse cognoscit. Sed ꝛ lingua mea tota die meditabit iusticia tuā: cū confusi ꝛ reueriti fuerint q̄ querūt mala mihi. Sicut superi⁹ dixit: Psallā veritatē tuam in vasis psalmorū ꝛ cithara: significare volens anime corporisqꝫ virtutes: ita et labia cordis sui cantatura pmisit. Nūc aūt adiecit: linguā meditaturā eē iusticiā dei: id est: corporis sui substantiā: q̄ tūc plenissime laudes dn̄i meditabitur: qn̄ regnū eius in illa resurrectiōe pceperit. Sed vt in finē seculi debuisses aduertere: Sequit: Cū cōfusi ꝛ reueriti fuerint qui q̄rūt mala mihi. Quod vtiqꝫ plenissime tūc fiet: qn̄ a dextris iusti: ꝛ a sinistris impij fuerint collocati. Duob⁹ eñi modis ꝯfundunt ꝛ reuerent inimici: qn̄ aut hic penitentiā gerūt ꝛ se errasse cognoscūt: aut certe in aduētu saluatoris dn̄i illa que fieri nō credebāt: suis oculis manifesta ꝯspexerint. Tunc q̄ secure exultationis tēpus est sanctis: qn̄ iā locū dominationis impij nō habebūt: ꝛ letabunt iusti: cū malorꝫ omniū termin⁹ aduenerit: ꝛ bona dn̄s sine fine ꝯcesserit: i q̄ xp̄ianorū pmanet indefecta petitio. Conclusio.

C Um totus hic psalmus gratiā dn̄i: que gratis datur: sūma intentione cōmēdet: admonet etiā nos incarnationē verbi: p quā salus humano generi puenit felici vicinitate declarandā: more solis qui prima luce cōsurgens: roseam pmittit aurorā: vt gratiā pclari splendoris pparatis possit oculis intueri. Patres eñi nostri psalmorū numerū: in veteris ac noui testamēti sacramētis ita crediderūt esse diuidendū: septē scꝫ decades ponentes in sabbatū: qd ad primā illā ptinet sine dubitatione culturā: octo vero nostro tēpori deputantes: qui resurrectionē dn̄i p singulas hebdomadas die octaua veneramur: ꝛ ideo qꝫ p vtranqꝫ supputationē: vetus ꝛ nouum testamentū sacrat⁹ iste numer⁹ dinoscitur cōtinere psalmorū. Quod eñi centū quinq̄ginta possunt in numero singulorū: hoc valēt significare quindecim decades in ordine denariorū: eoqꝫ fit: vt calcul⁹ iste psalmorū: nouo ꝛ veteri testamēto cōpetenter aptetur. Sciendū est plane: qd in pma parte veteris testamēti: ꝛ noua misceat sacramenta mysterij. Dicit eñi in septenario numero: ꝛ passionē domini christi: ꝛ in octauo calculo multa ponit de veteri testamen-

ro: vt vtrunq₃ culture nostre cōuenire modis omnib⁹ sentiatur. Meminisse aūt debemus arithmeticā: vel alias disciplinas psalmos cōmemorare frequēter: q̄s in subsequētibus ꝓut fuerit oportunuȝ de ipsis ꝯstrictim aliq̄d cōmemorare curauim⁹: vt q̄uis breuiter dicta: nō tñ videant̃ esse ꝑterita: Tm̄ est vt astrologiaȝ sacrilegā sūma intētione fugiam⁹: quā etiā nobiliū philosophoꝝ iudicia dānauerūt. Quapropter ꝑsenti operi terminū ponam⁹: quaten⁹ et quies paruꝑ adhibita lectoris reparet studiū: ꝛ futura pars digesta psalmoꝝ de significātia noui testamēti sumat cōpetenter initium. Amen.

Explicit expositio in septē Psalmorum Decades: testamentū vet⁹ reꝑsentātes.

Incipit expositio in octo Decades nouo testamēto cōuenientes.

Prefatio.

e Xplicatis septē decadib⁹: sicut dictū est: in figurā veteris testamenti: nunc ad reliquas octo veniamus: quarū numer⁹ plenissime nobis resurrectionis dn̄ice cognoscitur indicare mysteriū: vt his partib⁹ diligēter inspectis: reuera liber psalmorū: toti⁹ scripture diuine thesaurū cōplexus esse videat̃. Nā licet sint omnia spūalibus plena diuitijs: ꝛ magnis illustrata luminib⁹: pene nullum tñ ex his vt arbitror volumē inuenies q̄ tantis rebus celestibus doceat̃ esse cōpletus. Nec moueat qd̄ pars illa quā diximus: ad sacramentū testamēti veteris ꝑtinere: a beatitudine dn̄i saluatoris sumit initiū: et iterꝫ in subsequētibus psalmis inuenies qd̄ primis ꝯstat tēporibus actitatū: que oīno nō debent aduersa iudicari: q: ꝛ vetus testamentū de nouo plenū est: ꝛ nouuȝ facit plerūq₃ veteris mentionē. Nunc ad titulū veniam⁹: q̄ interꝑtatione nois sui: ad noui testamēti noscat̃ ꝑtinere mysteriū.

Titulus psalmi septuagesimiprimi.

Inscribitur enim septuagesimus primus psalmus In Salomone.

s Alomon: interꝑtat̃ pacific⁹. Quis est aūt reuera pacific⁹ nisi dn̄s christus: qui hominē diaboli versutia deceptū: ad creatoris sui reuocauit obsequiū: fecitq₃ colere salutis principē: qui sequebatur miserrim⁹ mortis auctorē. Ipse eniȝ mediator dei ꝛ hominū hodieq₃ interpellat ꝑ nobis. Quē reuera dicere nos recte pacificū: ipsius verba testant̃ cū dicit: Pacem meā do vobis: pacē meā relinquo vobis. Joh.j4 Sed pax ista: nō ē quā bella disturbēt: nō est quā inq̄etudo vlla cōcutiat: sed imperturbata semꝑ atq₃ eterna manēs: nulli⁹ inimici cōtrarietate dissoluit̃. Ipsa est de qua ꝓpheta dicit: Dabo vobis solaciū verū: pacem suꝑ pacem.

Diuisio.

p Er totū psalmū ꝓpheta loquens: aduentū significat dn̄i saluatoris. In vna eadēq₃ ꝑsona: mō hūanitatem ei⁹: mō diuinitatē alternis partib⁹ euidenter ostēdens. In prima parte: verba facit ad patrē: iudiciū filio petēs ad ꝑꝑlos iudicādos: qd̄ tñ ꝑdestinatū ante secula esse cognoscit̃. Secūda: i iudicio dn̄i filios pauperū dicit esse saluādos: ꝛ hūiliādā diaboli sine dubitatione superbiā. Nam ꝛ ipsum quoq₃ virginis partū: ꝑ quasdā similitudines mirabiliter cognoscit̃ indicare. Tertia parte: refert que bona cōtigerit de spiritu sancto: ꝛ maria virgine nato dn̄o christo. Quarta: ab omnib⁹ regib⁹ dicit adorādū: q: humanū genus a diaboli potestate liberauit. Quinta ꝓnūciat: q̄m hūanis oculis visus firmamentū fuit credentiū: ꝛ ꝓuect⁹ sine dubitatiōe iustoꝝ. Sexta: eterno domino totius mūdi cōsensu laudes ꝑhibet esse soluēdas. Septima: hymnū dn̄o christo iocūdissima deuotione ꝑsoluit. Sic noui testamenti clarū manifestūq₃ initiū per huius psalmi seriē cōstat exꝑssum.

Expositio psalmi.

d Eus iudicium tuū regi da: ꝛ iusticiam tuam filio regis. Cū dicit̃: Deus: nō videtur hoc nomē aliquā designasse ꝑsonā. Sed quoniam sequit̃: Da filio: certissime pater inuocat⁹ eē cognoscat̃. Istud enī nomē relatiuū est: ꝛ hoc quod nō dicit indicat: sicut serui appellatione sentit̃ ꝛ dominus. Scire aūt debem⁹ ad distinguendas declarandasq₃ ꝑsonas sancte trinitatis: sola hec noīa posse sufficē. Nā cū dixeris: De⁹ pater: deus fili⁹: deus spūssctūs:

plenissime sancte trinitatis visus es decla
rasse psonas. Hec em̄ noīa in sancta trinita
te sola sunt ppria: cetera vero: id est: natu
ta: ptās: eternitas: oīpotētia. et his silia: p
bant esse cōmunia. Quapropter beatissi
mus ppheta desiderio glorioso flāmatus:
petit a patre iudiciū dari filio: qd sciebat
esse venturū: sicut in euāgelio legit: Pater
Joh.5 nō iudicat quēq̄: sed omne iudiciū dedit fi
ET lio. Judiciū em̄ dictū est: quasi iuris ditū:
id est: qd in eo ius dicat. Et vt veracissima
pbaret esse petitio: eadē iterū sequēti co
mate geminauit. Hoc est em̄ qd dic: Et iu
sticiā tuā filio regis: qd supius ait: Judici
PP um tuū regi da. Qd in scripturis diuinis
ad exprimendā causam frequēter inuenis es
Ps.2 se repetitū: sicut est illud: Qui habitat in
celis irridebit eos: et dñs subsannabit eos.
Ps.18 Et illud: Celi enarrāt gloriā dei: et opa ma
nuū eius annūciat firmamētū. Nam et se
quēs versus: eodē modo depromit. Que
Sche figura dicit Epimone: id est: repetitio cre
bra sentētie: quotiēs vna res ad inculcan
dā causam diuersis sermonib⁹ iterat. Me
minisse aūt debem⁹: quotiēscunq̄: aut ipe
dñs christus sibi petit dare: aut alter vt ei
cōcedat expostulat: naturā hūanitatis eū
dēter ostendi. Ceterū: verbū oīpotens cū
totū habeat patris: nihil sibi indiget dare:
Joh.16 sicut ipe in euangelio dicit: Omnia patris
mea sunt. **Judicare populū tuū in**
Al.nō hz **tua iusticia: et pauperes tuos in iu**
dicio. Exponit causam qua repetiuerit fi
lio iudiciū dari: scz vt iudicet orbē terrarū
p iusticiā patris: quā tū et filij esse nō dubi
um est. Nā ideo dicit pri: In tua iusticia:
ne qs ausu sacrilego discrepari sibimet in
aliquo sanctā estimet trinitatē. Sequitur.
Et paupes tuos in iudicio. Dicit etiā pau
peres patris: dū et christi dñi esse declarēt:
vt idē intelligat in illa maiestate nihil prā
tis esse diuisum: sicut ipe in euāgelio dicit:
vbi.s Omnia q̄ habet pater mea sunt. Paupes
q̄ dei sunt: q mūdana supbia derelicta hu
militati se p oīa tradiderūt. Nā et si pauper
supbiat: nō est dei paup: et si locuples hūili
tatē diligat: nō est seculi diues. Volūtates
em̄ taliū sunt inspiciēde: nō noīa. **Sus**
Al.nō hz **cipiant mōtes pacē populo† tuo: et**
colles iusticiā. Per montes significan

frequēter diximus aplos et pphetas: q ad su
perna firmiter eleuati: celesti gratie pximan
tur. Isti q̄ tales: pacē: id est: christū suscipi
ant fideli pplo pdicandū. Ipse est em̄ dñi
pplus: qui ei credidit et spūali se cōuersatiōe
tractauit. Sequit. Et colles iusticiā. Col
les dicit inferiore gradu ceteros beatos: q
recte dñi vident pdicare mādata. Nā et pa
cem: qd supius dixit: dñm significat salua
torē: et iusticiā: eū ipm sine dubitatione de
signat: sic et alibi legit: Justicia et pax oscu
late sunt se. Pax em̄ vere dicit: qr p ipsum
hō recōciliatus est deo. Justicia: qm̄ orbem
terrarū sub equitate iudicabit: qui etiā di
abolū p iusticiā magis q̄ potentie virtute
supauit. †**In sua iusticia iudicabit**
pauperes ppli: et saluos faciet fili
os pauperū: et hūiliabit calūniato
rem. Hacten⁹ optando locut⁹ est: nūc ve
niens ad secundā partē pphetie virtute q
sint aduētu dñi pstāda: diuersarū parabo
larum pulcherrima varietate cōmemorat.
Nā cū supi⁹ dixerit patri: In tua iusticia:
nūc dicit de filio: In sua iusticia: vt firmit
teneas: nihil ibi esse aut discrepās aut di
uisum: s q̄ est patris: ipsa est et filij sine du
bitatiōe iusticia. Nā et aliter pōt intelligi.
Pauperes christi seculi isti⁹ iudicio esse p
bant abiecti: dū et testimonijs remoti sunt
et a cōsensu honorabili submouent. Deus
aūt paupes: nō in hūana: s sua iusticia iu
dicabit: qr ipsos magis elegit quos mor
talitas supba despexit. Addidit q̄: Popu
li: vbi subaudiendū est: fidelis. Nō em̄ qs
cūq̄ paupes dñs elegit: sed quales ipe di
cit: Beati paupes spiritu qm̄ ipsorū est reg
nū celorū. Sequitur. Et saluos faciet filios
pauperū. Pauperes christi: sūt aplī vel p
phete: q mūdi isti⁹ opulētiā electa dñi pau
pertate tempserūt: de q̄ scriptū est: Qui cū
diues esset: paup fact⁹ est ppter nos: Quo
rū filij sunt ppli christiani. Eorū em̄ pdicati
one generati sunt: quib⁹ docētibus crede
re meruerunt: sicut aplūs dicit: Filioli mei
q̄s iterū parturio donec xp̄s formet in vo
bis. Et iterū: In xp̄o iesu p euāgelium ego
vos genui. Hos q̄ saluos faciet: q̄s filios
aplorū esse cognouerit. Adiecit: Et hūilia
uit calūniatorē. Calūniatorē: diabolū sig
nificat: supbū: crudelē: insatiabilē: malorū

omniū pncipē. Discutiam⁹ em̄ q̄re dictus
est calūniator. K. litterā iudices antiq̄ dā-
nationib⁹ affigebant. Et qm̄ crudelis im-
pugnator ꝯdemnatōib⁹ fauet alienis: K
littere: militē calūniatorē appellare volue-
rūt. Calūniator itaq̄ est: q̄ innocētiā alie-
nā in reatum nitit exquisita machinatōne
pducē. Qđ diabolo cōgrue videt aptatū:
qui humanū gen⁹ suis fraudib⁹ tot seculis
pbat impetere. Quid em̄ plus calumnio-
sum: q̄ auctorē esse criminū: ꝛ culturā sibi
velle vēdicare terrarꝫ: Huc em̄ spiritualez
tyrannū humiliauit dn̄s: quādo illo cum
perfidis dānato: fideles se viderint regna-
re cum christo. **Et permanebit cum sole ꝛ ante lunā: in seculum seculi.**
Hic honor sancte incarnatōis expōnit: q̄
pmanet vnita cū x̄bo. Sedet em̄ ad dexte
ram pr̄is: regnās in glīa sempiterna. Sol
quippe legit: verbū patr̄: filius dei: q̄ deus
homo vn⁹ ex duab⁹ ꝛ in duab⁹ naturis di-
stinctis atq̄ pfectis pmanet christus. De
Sap.5 ipo em̄ dicturi sunt impij: Sol nō ortus est
nobis: ꝛ iusticie lumen nō luxit nobis. Se
q̄tur. Et ante lunā in seculū seculi: subau-
diēdū: qđ dixit supius: pmanebit. Perma
net vero christ⁹ ante lunā: id est: ante ꝯspe
ctū eccl̄ie: que cordis semp luminib⁹ cōtue
tur. Luna eniz eccl̄ie merito cōparat: que
natiuū nō habet splendorē: sed a sole cert̄
modis suscipit lumen: q̄s astronomi inter
alia diligēter exponūt. Mirū prsus ꝛ alti⁹
stupendū: tot siderꝫ cursus tā ingentiū re-
rum arduas sbtilesq̄ mēsuras: mūere cre-
atoris vsq̄ ad humanā potuisse peruenire
noticiā. Sic ergo eccl̄ia a vero illo creatore
mēsurate suscepit lumē: q̄ modo psecutiōi-
bus videt imminui: iterumq̄ trāquillitate
recepta clarissimi lumis hilaritate cōplet.
Nam quod dixit: In sec̄m seculi: tempus
Da.9 indicat omnino ppetuū: sicut legit: Et re-
Luc.1 gni eius nō erit finis. **Et descendet sicut pluuia in vellus: ꝛ sicut stillicidia stillantia super terrā.** Hic ipsum
mysteriū glīose natiuitatis exponit. Nam
domin⁹ ille virtutū: ante cui⁹ faciem terra
tremefacta cōcutit: omis creatura turbat:
cuz nō pōt vllaten⁹ sustinere: quādo se ma
uult manifesta potestate cognosci: voluit
leniter in vtero virginali sine aliq̄ strepitu
tanq̄ pluuia in vellus agne descēdere: vt
virtutē suā hinc magi̅ ostēderet: si illā ieffa
bilem potentiā tempasset: sicut dic apl̄us:
Phil.2 Qui cum in forma dei esset: nō rapinā ar-
bitrat⁹ est eē se eq̄lē deo: s; semetipm̄ exina
niuit: formaz serui accipiens: in silitudine
hominū fact⁹: ꝛ habitu inuētus vt homo.
Sed ꝯsiderem⁹ tante rei: q̄lis similitudo sit
posita. Vellera lane sunt ouiū: q̄ sic aquā
recipiūt: vt nulla diuisione rumpant: ꝛ ite-
rum sic reddūt: vt in suis integritatib⁹ pse-
uerēt. Audite si qui adhuc estis increduli: ꝛ
pudeat hoc de sūma diuinitate nō credere
qđ videt̄ minimas creaturas indicare. Se
q̄tur. Et sicut stillicidia stillātia sup terraz:
scilicet q̄ i modū roris sūma lenitate descē-
dūt. Hec si pura mēte ꝯsideres: hesitationē
de partu x̄ginis nō habebis. Illud enim
ingens miraculū vt sine aliq̄ dubitatione
credi possit: exemplo duplici cōprobabit.
Hinc ambrosian⁹ ille q̄dam eccl̄ie candela
mirabilē fulgorē lampauit dicēs: Veni re-
demptor gentiū: ostēde partū x̄ginis: mire-
tur oē seculū: talis decet part⁹ deū. Unde
etiā btissimi pape leonis: coruisco sillis ser-
mone resplēduit. Ait enim. Cōcept⁹ quip-
pe est de spiritusancto: intra vterꝫ virginis
matris: que illū ita salua x̄ginitate edidit:
quēadmodū salua x̄ginitate cōcepit. Di-
gni patres ꝛ pōtificat⁹ arce pollentes: quo
rum suauissima doctrina sermonū: tātum
valuit declarare miraculū. **Orietur in diebus eius iusticia: ꝛ abundātia pacis: donec extollatur luna.** Nunc Al. auferat
venit ad tertiā partē: in q̄ p ordinē descri-
bunt in ortu suo dn̄s qualia q̄taq̄ p̄stite-
rit. Intelligam⁹ ergo quod dixit: Orietur
iusticia: quasi ante nō fuerit que semp ad-
oranda maiestate regnauit. Sed orit dic
ex tempe sancte incarnatōis: quādo erat
partu x̄ginis nascitura. Justicia em̄: x̄bū
patr̄ est: qđ omnē creaturaz ꝛ tempa fecit
vniuersa: de quo legitur: Veritas de terra Ps.84
orta est: ꝛ iusticia de celo prospexit. Addi-
dit: Et abūdantia pacis donec extollat lu
na. Et h̄ q̄z subaudiendū est: oriet. Abun-
dātia ergo pac̄ est: dū religio xp̄iano p to-
to orbe dilatat. Donec extollat luna dixit:
id est: q̄diu ꝓtendat ꝛ augeat ecclesia: aut
constitut⁹ p̄destinatoruz numer⁹ cōpleat.

Et dn̄abit a mari vsq₃ ad mare: ꝛ
Al. terrarum **a flumie vsq₃ ad termios terre.** Do
minabit dixit: cultu religiōis lati⁹ innote-
scat: vtiq₃ dn̄s xp̄s: de q̄ supiora canūt: ꝛ i-
feriora dictura sūt. Istō aūt ad salomonē
filiū dauid oīmodis n̄ pōt ptinē: q̄ tm̄ i gē-
te iudea rex fuisse cogscit. Mare ei oceanū
debem⁹ adūtere: q̄ areā toti⁹ terre: sic qui-
dā dicūt: lūbo suo circūact⁹ includit. Nā si
maria ista nostrata velꝫ itelligē: toti⁹ mūdi
ambitū: quē v̄sus iste significat: nō ꝓuale-
bis adūtere. Seqꝛ. Et a flumie vsq₃ ad tmi
nos orbis terre. Pulchra q̄dez breuitas: ꝟ
īgētia nob sacra ꝓfudit. A flumie: a iorda-
ne dic: vn̄ p totū orbē terrarū saluberrima
regula sacri baptismatꝫ emanauit. Hoc au
Sche tē p figurā Periphrasis dictū ē: id est: p cir
cuitū: totus mūdi ambitū: p maria fluuiū
q₃ significans. **Coram illo ꝓcident
ethiopes: ꝛ inimici eius terraz lin-
gent.** Ethiopes: pctōres ipsos debem⁹ ad
uertere. Nā sicut illi teterrimo corio vestiū
tur: ita aīe delinq̄ntiū scelez obscuritate te
nebrant. Ergo isti ethiopes q̄ sunt pctōres
ante illū ꝓcidūt: qn̄ se penitentie hūilita-
te ꝓsternūt. Adiecit. Et inimici ei⁹ terram
lingēt. Illos q̄bus est dn̄i miseratōe parcē
dū: corā ipo dixit ꝓcidere. Isti aūt iudei p-
tinaces: inimici noiant: q̄ in sua obstinati-
one māsuri sūt. Que ḡ illis est pena: Ter-
ram lingūt: id est: terrā sapiūt. Hoc eni sa-
pit vnicuiq₃ qd̄ lingit: q̄bus in modū ser-
pētis hum⁹ est esca penalis. Hoc ad hūili-
tatē ipius iuste dicim⁹ esse referendū: qm̄ q̄
xp̄m deū credere noluerūt: tali vltōe dam-
nādi sunt. **Reges tharsis ꝛ insule
munera offerent: reges arabū ꝛ sa-**
Rp̄ **ba dona adducēt.** Tharsis: referēte pa
tre hieronymo: interꝑtat ꝯtēplatio: qd̄ ad
fideles referēdū eē nō dubiū est: q̄ in diuia
ꝯtēplatiōe defixi sunt. Reges ḡ tharsis: id
est: dn̄atores vitioꝝ: dona offerūt dn̄o: qn̄
ei ꝓbātur aīo seruire deuoto. Insule vero
sūt: q̄ circūfluētia mūdi vitia: a suis corpib⁹
excluserūt: nec dominat in eis mare mun-
danū: qd̄ ꝑfidoꝝ cordib⁹ ꝯstat infusuz. In
ET sula eīn dicta ē: eo q₃ in salo sit posita. Ipsi
sunt ḡ puri pectoris mūera: q̄ diuis altari-
bus offerūt: ipm sacrificiuz qd̄ dn̄s suauit
assumit oblatū. Seqꝛ. Reges arabū ꝛ sa-
ba dona adducēt. Arabia ponit ꝓ hoībus
suaui ꝛ terrena se delectatiōe tractātibus.
Nā sicut illa patria diuersis aromatibus
sensum nariū mulcet: ita isti ad delectatio-
nes mollissimas illecebris secularib⁹ inui-
tant. Reges ḡ arabie sunt: q̄ blādimenta
corpoꝝ rigide subyciūt discipline. Similit
saba: vn̄ sabei dicti sūt: q̄uis corpali dele-
ctatiōe ꝓualeat: ꝛ iocūdis odorib⁹ sit refer
ta: suauiora tm̄ ꝯuersi ei⁹ ipsi offerūt dona
v̄tutū. Qd̄ aūt dic: Adducent: ad ipos re-
spicit offerēdos: q₂ post aduentū dn̄i pecu
dū sacrificia cessauerūt. **Et adorabūt
eū omēs reges terre: omnes gen-
tes seruient ei.** Venit ad q̄rtum mēbꝝ:
vbi adorandū dn̄m a cūctis gentib⁹ dicat:
ꝛ bn̄ficia ipius subter exponit. Per oēs re-
ges: cūctas nos volunt intelligere natōes:
q₂ nulla gēs est q̄ in pte ipsi sui ꝓpriū non
adoret auctorez. Et ideo ne tm̄ de regibus
aduerteres dictū: addidit: Oēs gētes ser-
uiēt ei: scz q̄ per vniuersū mūdū: ꝛ linguis
diuidūt ꝛ patrys. Sic donati ꝑfidia nosci-
tur eē ꝯuicta: q̄ localē putat ecclsiam quam
p totū orbē ꝯstat eē diffusaz. Et intuere q₂
dixit: Reges adorabūt q̄ putant adorādi:
gētes aūt seruire q̄ frenos dn̄os hr̄e nosci
tur. **Quia liberauit pauperē a po
tēte: ꝛ inopē cui non erat adiutor.**
Causam reddit q̄re dn̄o christo ab vniuersis
gētibus seruiat: q₂ pauperē: id est: fidelem
ꝑplm a potēte diabolo libauit: quē sup ca-
lūniatorē dixit. Hūc alio loco fortē noiat:
sicut est illud euāgely: Nemo intrat in do-
mū fortꝫ vt vasa ei⁹ diripiat nisi ꝑus alliga
uerit fortē. Que vocabula maliciā eius si-
gnificāt nō honorē: nefandā astuciā n̄ lau-
dabilē ꝑncipatū. Seqtur. Et inopē cui nō
erat adiutor. Et hic subaudiēdū est a cōi:
liberauit. Inopē vero diximus plus esse q̄
pauperē: q̄ opē nō habet vite: nec sua pre-
ualet facultate subsistere. Hos ergo libera
uit dn̄s christ⁹: dum veniēs in hūc mundū
diaboli iustissime pressit astuciaz: ꝛ inopie
humane spiritualis affluentie gratꝫ dona
cōcessit. Merito ergo subiunxit: Cui non
erat adiutor: quia humanū gen⁹ ad idolo-
rum culturā execranda se supstitione ꝯtu-
lerat. Et quid ab eis adiuuari poterat: qui
vel sensum pecudū nō habebāt: **Par-**

cet pauperi ⁊ inopi: ⁊ aīas paupeꝝ saluas faciet. Cũ dicit: Parcet: generaliter omẽs hoīes pctõres oñdit. Illis eniz parcit: q̄ in aliq̄ reatu detinent. Parcet ꝙ̄ et electꝭ suis: q̄ licet sctã ꝯuersatiõe resplẽdeant: aliq̄ sibi tñ egẽt dimitti. Sed ne putaret vsq3 ad ħ tm̃ dñm parcere: vt a tormẽtis debitis paupes libaret: addidit: Aīas paupeꝝ saluas faciet: vt q̄b⁹ dimittit peccata: eis ⁊ p̄mia futura ꝯcedat. Ipi eni saluι fiũt: q̄ regnũ dei possidebũt. Unde nec istud põt ꝯgruere salomõi: vt aīas saluas faceret: qḋ soli diuinitati certum ẽ cõuenire.

Ex vsuris ⁊ iniquitate† liberauit aias eoꝝ: ⁊ †p̄clarũ nomẽ eoꝝ corã †ipo. Usurę: abvsu appellatę sunt: q̄ credite pecunię ꝑcurãt semp augmentũ. Sic in pctõ ꝟsantib⁹ vsura crescit maloꝝ: qm̃ qḋ in tpali ꝯuersatiõe delinquũt: in ęt̃na calamitate recipiũt. Ab istis ꝙ̄ vsurꝭ vel ab ipa obligatõne pcti liberant fideles aię: q̄n p pniaz reddũt diuis mũerib⁹ absolutę. Sequitur. Et p̄claꝝ nomẽ eoꝝ corã ipo. Reuera p̄claꝝ nomẽ vt christiani dicãt: vt ḋ suo rege resplẽdeãt: ⁊ accepta vocabuli dignitate gliēt. Qḋ tñ esaias icrepãs iudęos: ꝑ
Esa. 65 canuisse dinoscit dicẽs. Inficiet vos dñs de⁹: ⁊ seruos suos vocabit nõie alio: vtiq3 xp̄iano. Addidit etiã: Coraz ipo: qm̃ ante ipm ⁊ in ipius regno victuri sũt. Felix p̄sñtia ante deũ semp eẽ: quẽ iã non formides offendẽ. Adde: qḋ tale p̄miũ est illũ videri ad quẽ nullo mõ possit nũc vł ipsa cogitatio ꝑuenire. Sic i istis paucissimis ꝟbis: fęlicitatꝭ illi⁹ ꝗuis tectũ: aliqḋ tñ nob designat iudicium.

Et viuet ⁊ dabitur ei de auro arabie: ⁊ adorabũt ḋ ipo
Ecc. semp tota die bñdicet† eum. Ecce iã p̄dictę visionis q̄nt⁹ est mod⁹: vbi p̄sentiã dñi ꝯtulisse dicit fidei votũ ⁊ firmamenta terraꝝ. Nã cũ dic: Et viuet: ęt̃nitatẽ eius maiestatꝭ oñdit: sic in veteri testamẽto crebro legit: Uiuit dñs. Uiuit ꝙ̄: nõ creaturę cuiusq3 vita q̄ vel angeli potiũt: ẜ btitudine singulari q̄ sola trinitas sctã ꝑfruit. Sequitur. Et dabit ei de auro arabię. Auꝝ arabię p̄ ceteris terris fert esse purissimũ: ⁊ sũmo splẽdore p̄ciosum. Qḋ bene ad sapien-
Prouer. 8 tiã refert: qm̃ legimus: Accipite prudẽtiã sicut argentũ: ⁊ sapientiã sicut auruz ꝓbatum. De ista ꝙ̄ sapiẽtia q̄ p auruz arabię significat: dabit dño mun⁹: cum ad eũ deuoti purgatissimo corde ꝑuenerit. Siue magoꝝ mũera fortasse significat: q̄ merito auro arabię ꝯparant: qm̃ puritate cordis oblata sũt. Antiq̄ aureũ colorẽ pulcherrimũ vocauerũt. Et ideo auꝝ ab aura dictũ esse voluerũt: qḋ nimis ꝗtissimo colore resplẽdeat. Nã hodieq3 aureũ dicimus: qḋ pulchrũ volum⁹ estimare. Sequitur. Et adorabũt de ipo semp. Hoc ad hũanitatẽ ipi⁹ cõstat referri: quãdo ore ꝓprio queãdmodũ oraret instituit. Notũ est eni dñicę orõnis bñficium q̄ vtit semp ecclia: quã sanctissimus pater cyprian⁹ carthaginẽsis antistes ⁊ martyr: prim⁹ exponẽs: breuitatẽ illam ꝓfundissimã: mirabili eloquentię decore dilatauit. Adiecit. Tota die bñdicẽt eum. Tota die: toti⁹ vitę nr̃ę tps oñdit: q̄ merito dies dicit: q2 fideliũ vitę nullis tenebris obcęcant.

†Et erit firmamentuz in terra in summis mõtiũ: supertolletur sup libanũ fructus eius. Al. nõ hz

Sũma montiũ: excellentiã significant ꝓphaꝝ: q̄s frequẽter dixim⁹ accipi debere p mõtib⁹. Firmamẽtũ aũt istoꝝ mõtiũ: est vtiq3 dñs xp̄s: qm̃ qḋ p illos de ipo p̄dictũ est: eodez veniẽte ꝯstat impletũ. Sequitur. Supertollet sup libanũ fruct⁹ eius: q2 supius sctõs dei mõtibus cõparauit: ⁊ ipe est mõs mõtium: hic elect⁹ est mõs: cui⁹ fruct⁹ cõparet dño xp̄o. In libano si q̄dẽ: sic sepe diximus: cedri nascũt eximię: sũmaq3 ꝓsperitate pollẽtes. Sed q̄d põt fructib⁹ dñi siłe repiri: a q̄ sancti ꝓducũt excelsi? Neq3 eni tale ẽ q̄uis ꝓceras arbores in q̄libet altitudinem crescere vel nubila tãgere: q̄le btõs ad celestis regni gaudia ꝑuenire.

Et florebũt ḋ ciuitate sicut fenũ terre. Sit nomen eius benedictũ in secula.

Nõnullã videt facere q̄stionẽ: q2 fenum terrę nũc ęternę vitę siłe facit: qḋ freq̄nter impiis legit cõparatũ. Qḋ oino nõ debet pmouere. Sicut eni dicit christ⁹ leo: q2 potens rex feraꝝ est: ex alia vero pte diabolus intelligit leo: q2 ferox ⁊ truculẽtus esse dinoscitur: ita ⁊ fenũ q2 p̄mitiu⁹ terrę fruct⁹ est: virẽs atq3 gratissim⁹: sanctis dñi non incõgrue cõparat. Ex illa vero parte q̄ cito arescat atq3 succidit: pctõribus iure similatur.

ET

Ita fit vt diuersis qualitatib⁹ inspectis: vna
eadēq; res diuersimode cōparetur. Florebunt
ergo de ciuitate iusti: id est: ecclesia dei: sic
fenū terre: cui⁹ nō etas sctis: s; decora viri-
ditas cōparat. Et inspiciendū qḋ dic: De
ciuitate florebūt: non in ciuitate: q: de ista
ciuitate hui⁹ seculi: in illa florebūt btitudi-
ne sempitna. Hic em̄ tribulatioib⁹ afficiun-
tur: vt ibi ppetua gratulatiōe coronent. Seq-
tur. Sit nomē eius bñdictū i secula. Post-
q̄ descripsit btitudinē sanctoꝝ: reuertitur
ad laudē dn̄i: q̄ illi bti sūt. Ac si diceret: In
eternū glificet de⁹: q̄ eternā gl̄am p̄statu-
rus agnoscit. **Ante solē permanet no-
men eius. Et bñdicet in ipo om-
nes tribus terre: omēs gētes ma-
gnificabūt eum.** Janua sexte parti ape-
ritur: vbi eternitas dn̄i significat: et terrarū
oim gnāle seruitiū. Et ne sanctū dei filiū
tpalem aliqs blasphema cogitatiōe senti-
ret: ante oēm creaturā nomen ei⁹ pmanere
Job.i pfessus ē: sicut euāgeliū dicit. In pncipio
erat v̄bum: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus
erat v̄bum: h erat in pncipio apud deum.
Ecce nomē ei⁹: qḋ pmanet in eternū. Naz
vt illud vez intelligas: qḋ est positū Ante
solem: seqtur: Oīa p ipm facta sunt: ⁊ si-
ne ipo factū est nihil. Uides q̄ nomē eius
extitisse an̄ creaturas vniūsas: q̄ppe q̄ crea-
ET tor est oim. Nomē em̄ dictū est: q̄ notā rez
faciat. Hic solē pro omib⁹ creaturis ponit:
q: cōspectib⁹ nr̄is gratior elucescit. Hec est
Sche em̄ species schematis Synecdoche: q̄ signi-
ficat a parte totū. Seqt. Bñdicent in ipso
omēs trib⁹ terre. In ipo: dn̄o christo dicit:
Gen.22 sicut ⁊ abrae dictū est: In semine tuo bñdi-
cent omēs trib⁹ terre. Et q: trib⁹ noiauit:
ne h de paucis gentib⁹ intelligē potuisses:
q̄ sub hoc noie ppl̄m habuerūt diuisum: ad-
didit: Omēs gētes magnificabūt eū. Ma-
gnificabūt eū dic: laudabunt vtiq; signifi-
cat. Nam illū q̄ pōt facere grandiorez: cui
omēs virtutes summitatesq; deseruiunt?
Sed illū p̄dicādo nos magnificamur: q: ip-
sius laude pficim⁹. Hoc em̄ ad p̄conū dei-
tatis eius dici: nulla pōt diuersitas diffiteri.
**Bñdictus dn̄s de⁹ isrl: qui facit
Al.nō hz mirabilia magna solus.** Septia v̄o
pars q̄ supest introit: vbi decursis oibus:
dn̄s christ⁹ magna exultatiōe laudat. Dn̄
dn̄m p̄dicam⁹: bñdicere q̄dē illū dicimur:
nō q̄ p nos aut sanctificet aut crescat: sed
cū nos ille sua bñdictione sanctificat: tunc
⁊ tuitio puenit ⁊ augmēta pcedūt. Et q̄ sit
iste dn̄s: p q̄ntā speciē definitiōis euident
insinuat: deus israel: id est: deus vniuerse
terre: sicut alius propheta dicit: Qui eruit
te de⁹ israel: ipse deus vniuerse terre voca-
bit. Addidit: Qui facit mirabilia magna
solus: q: nullo indiget adiutore. Nam licz
⁊ angeli ⁊ multi iusti miracula faciāt: nō so-
li: s; dn̄o iuuāte pficiūt. **Et bñdictum
nomē maiestatis eius in eternum:
⁊ in seculū seculi: ⁊ replebitur ma-
iestate ei⁹ omnis terra: fiat fiat.** Su-
periore versu deū dicit eē benedictū: secū-
do nomē maiestatis ei⁹: scz q: de christo di-
cti sunt christiani: qḋ vocabulū tot⁹ orbis
terminū sacra veneratiōe cōpleuit. Nā sic
ipe etern⁹ ē: ita ⁊ nois ei⁹ p̄conia pseuerāt.
Nā qḋ seqtur: Et replebit maiestate eius
oīs terra: sctōs dicit: q̄ ipius clarificatione
repleti sunt. Terrā em̄ h: oēm fidelē debe-
mus accipe: q̄lez reuera dn̄s replere digna-
tur. Adiecit: Fiat fiat. Optātis est q̄dē di-
cere fiat: s; nimiū desiderātis ipm repetere.
Qḋ magis ad mysteriū aliquoꝝ psalmoꝝ
positū debemus adūtere: nō sicut aliqbus
visum est: libri vnitatē ad multas pducere
sectiones. Magnific⁹ psalm⁹: quē gemina-
ta vota secuta sunt. Aduētus em̄ dn̄i oino
debuit desiderāter optari. **Conclusio.**
Expendam⁹ adiutores eximij: con-
p tra euticis ⁊ nestorij bella nefaria
olim nob arma recte fidei fuisse p-
uisa: vt in duabus naturis verissimis atq;
pfectis: in vna psona existere ⁊ permanere
credatur dei filius dn̄s iesus christus: ne
ad eos compmendos laborare possim⁹: q̄
tante auctoritatis robore cōmonemur. Nā
cum vtrāq; naturā in hoc psalmo reperia-
mus expssam: euticis prauuz dogma vnā
naturā defendētis expellit. Cū v̄o vna p-
sona christi dn̄i p̄dicat: nestorij venena dā-
nant: quia cum hic psalm⁹ duas opatiōes
dicat: vnaz tn̄ dn̄i christi cognoscit p̄dica-
re psonam. Nō em̄ quicq̄ plurali numero
dixit: q: vnū filiū credi voluit. Ipse est em̄
q̄ ex patre ante secula nat⁹ est: qui in vtero
v̄ginis carnē nr̄e mortalitatis assūpsit: de-

mousion prī fm diuitatez: homousion q̄z nob fm hūanitatē. Inuisibil' deitate: fact⁹ est humanitate visibilis. Pati homo propter nos dignatus est: p se impassibilis deus: nō summitatē diuinitat' iminuēs: sed humilitatē carnis exaltās. Hoc sancta p̄phetia dicit: hoc euāgelic⁹ frequēter text⁹ insinuat: hoc p totū mūdū btā canit ecclesia: vt a catholica fide ille cog̃scat extrane⁹ q̄ tali nō fuerit stabilitate fundat⁹. Memēto p̄terea: qḋ hic q̄rtus est psalm⁹ ex his q̄s de duabus naturis locuturos eē p̄dixim⁹.

Explicit expositio in psalmum LXXI

Incipit expositio in psalmum LXXII

Defecerūt laudes dauid filij iesse:

d Um in titu (psalmus asaph lis supioribus dauid tm̄ videatur ascript⁹: h̄ addidit fili⁹ iesse: scz: vt illū dauid p̄rem salomonis intelligere debeam⁹: qḋ ad p̄sonā exp̄mendā p̄phete cōpetēter adiectū est. Hec nona ē species definitiōis: quā greci cata hypotyposin: latini p quandā imaginē dicūt: qñ noiata maire vel p̄re ad intelligentiā indiuidue p̄sone sensus noster adducit. Cōgregātur etiā multe res ad p̄sonas comit' exp̄mendas: vt est illud: Socrates fili⁹ sophronisci: cui⁹ mater ē phenarete: calu⁹: vētrosissim⁹. Hec.n. oia: solū socratē indicare ac definire nosciitur. Sed in hac re tāta ponenda sunt: q̄ta p̄sit indiuidui de q̄ q̄rit ab omib⁹ ceteris sequestrare p̄sonā. Laudes g̃ istius dauid defecisse dicit: qḋ nisi p̄scrutemur oino 𝔷trium est: vt in medio pene ope p̄phē dicat p̄conia defecisse. Sed cām hui⁹ dicti ab origie p̄quiram⁹. Cū israelitic⁹ p̄ls de terra egypti: p miracula hūanis ocul' apparētia liberaret: p collatis bñficijs deo laudes p sacrificia pecudū ⁊ instrumētoꝝ musicoꝝ cōsonatiōe reddebat: q̄ in figuraz facta sunt vsq₃ ad plenitudinez tempis q̄ christ⁹ dñs adueniret. Iste g̃ laudes t̄pales q̄ p diuis beneficijs reddebant: defecerūt atq₃ mutate sunt: q₂ nūc ecclesia catholica immolatiōe corpis ⁊ sanguis christi sanctaz pagit psalmodiā. Seq̄t. Psalm⁹ asaph. Asaph significare synagogā: hebrea lingua testatur: que dominū q̄dem colebat: sed videndo florere malos: in pessimas cogitatiōes inciderat: ex cuius p̄sona i hoc psalmo ipse asaph loq̄tur: qui in suo nomie synagoge cōtinet significationē. De gētibus em̄ populus ⁊ de his qui legē domini susceperāt: multa dicturus est: q̄ ad emēdationē nr̄az vtiliter dicūtur: ne talibus cogitationib⁹ polluamur.

Diuisio psalmi.

s Icut dixim⁹: asaph ex typo synagoge: p totū loq̄tur psalmū. In p̄ma parte zelasse se dicit felicitatez mūdi: pacē contuēs p̄ctoꝝ: admirans cur inimic' dei ⁊ paganis p̄speritas tāta p̄uenerit: vt os suum vsq₃ ad celū extollere viderent. Secūda parte: reuersuꝝ dicit p̄sm suū ad salubre ɔsiliū: ⁊ p̄stine cogitātionis erubescere prauitatē: donec vltima impiorum intelligere atq₃ cōspicere mereat. Tertia parte: p̄pter dolos suos mala ip̄is p̄uenire testat: q₂ sctōs viros felicitate sua scādalizare videbāt: se tñ bñficio dñi ō his malis asserit eē liberatū. Quarta dic: quō ad p̄fectū itellectū dño miserāte p̄uenerit.

Uā bon⁹ de⁹ Expositio.

q israel: rectis corde. Recordatus asaph qm̄ isti⁹ seculi felicib⁹ inuidisset: ⁊ vsq₃ ad nimiā tristiciā inde p̄uenerit: q₂ dñs p̄ctōres in h̄ sec̄lo florere pateretur: seipe ɔdēnans: eructauit verā suauitatem dicēs: bonū esse deuz: s̄ his q̄ recto sunt corde: id est: q̄ opas ei⁹ studio pietat' intelligūt. Uñ aduertitur p̄uis distortisq₃ mortalib⁹ dispositionē ei⁹ sacrilegi' cogitationibus displicere. Sic sanis ocul' serenissimus sol refulget: ecōtra obscur⁹ videt ill' q̄z lumina infirmitate detinet. Al. his q̄ recto sūt

Mei aūt pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.

Ut intelligeres sanctū virū ɔ̄ se supiorē p̄tulisse sñiam: qḋ familiare semp ē iustis suū p̄fitet errorem: vt pene lapsum se diceret: cui admistratio dñi irrōnabilit' displicebat. Scriptura frequēter per tropologiā appellat pedē: arbitriū mētis: quo fixa volūtate ɔsistit. Hunc dic pene fuisse cōmotū: qñ a x̄o intellectu eius anim⁹ discrepabat. Nam cū dicit: pene: cito se ad viā x̄itat' redisse ɔmemorat: vt dānaret errorē q̄ surripe festinabat. Seq̄tur. Pene effusi sūt gressus mei. Gressus significare dixim⁹ act⁹ hūanos: q̄bus p vite nr̄e semitas ambulamus. Ergo gressus isti bone ɔuersationis pene in aliā p̄tē fuerūt

dilapsi: q̄si sb ingr̄titudine aīe videbāt impiis tāta ꝓcedi. Et respice: q̄ꝛ pene effusos dic̄ gressꝰ suos nō lapsos: vt itelligas vigorē mētꝭ nr̄e tanq̄ꝫ liquidū elemētū dispgi posse: cū a vͣa cogitatōne cepit discrepare. Unū itelligimꝰ ꝛ sctīs virꝭ cogitatōes ꝑuas freq̄nt̄ surripe: s̄ iterū i sanitatē ꝑstinā eos redire: q̄si a semetipis fuerit celerit̄ dn̄o ꝑstāte correcti.

Al. sup iniq̄s

Quia zelaui† i pctōribꝰ pacē peccatoꝝ vidēs. Secuta ē cā cur gressus eiꝰ viderēt̄ effūdi: q̄ꝛ pctōribꝰ sic fuit iuidꝰ: vt eos gⁿuit̄ ferret ꝙetos. O icōgruū zelū iuidere perituris: ꝛ eos putare felices: q̄s etn̄a certū est dānatiōe ꝑcelli. Seq̄tur. Pacē pctōꝝ vidēs. Reuera q̄ꝛ pax ista nō intelligit̄ s̄ videt̄: aspectꝰ nr̄os eludēs s̄ in sua nece grādescēs. Nā cū pctōres vident̄ locupletes: multisq̄ꝫ dn̄ari ꝓfīs: ꝛ in mūdo nō esse qđ timeāt: putant̄ hr̄e pacem. Sed pax ista cū ꝯsciētia semꝑ litigat: rixat̄ itrinsecus: ꝛ cū hostē nō habeat secū ip̄a decertat.

Al. respectus

Quia nō est† declinatio morti eoꝝ: ꝛ firmamētū in plaga eoꝝ. Adhuc dicit de ꝓsperitatibꝰ impioꝝ. Ait eñ: Quia non est declinatio morti eoꝝ: id est: q̄ꝛ in mortē citius nō declinant: nec die ꝓtinus vrgent̄ extremo: sed cū eis ad penitendū detur spaciū vite: illi magis scelera ꝓbant̄ augere. Seq̄tur. Et firmamētū in plaga eoꝝ: subaudiēdū: nō est: quoniā vel si eos hic cōtingat aliq̄ aduersitate perstringi: diutina illis nō videt̄ ꝑmanere tristicia: ꝛ ideo ad medicū nō recurrūt: q̄ꝛ neq̄ q̄ꝫ in mūdanis lāguoribꝰ lōge tp̄e iacuert.

Al. labore

In† laboribus hominū nō sunt: ꝛ cum hominibꝰ nō flagellabuntur. Homies: h̄ sctōs viros intelligamꝰ: q̄ ꝛ labores in h̄ seculo sustinēt: ꝛ diuersarū afflictionū flagella patiunt̄: vt correcti ad dn̄m redire mereant̄. Istud pctōribꝰ obstinatis non ꝓuenit: qđ ad salutē dat̄ deuotis. Si vero dictū cōtra sp̄ūales nequicias estimamus: pōt de ip̄is cōueniēter aduerti: q̄ in hoc mūdo scelerībꝰ suis ꝯgruas nō recipiūt vltiones. Nec cū hoībus flagellant̄: qui cum seq̄cibus suis diuīa iussione dānandi sunt. Tribulatio siq̄dem istiꝰ seculi fidelibus votiua correctio est: quā impii nō accipiūt: quoniā a futuris muneribus arcebunt̄. Ideo tenuit eos superbia† eoꝝ: operti sūt iniquitate ꝛ impietate sua. Intendamꝰ quo ꝑuenerit peccatoꝝ resoluta securitas: ꝛ desinamus illoꝝ gaudiis inuidere: quos in foueam cognoscimꝰ irruisse. Maloꝝ quippe libertas cōfert absoluta superbiā: dū ꝯtemptum semꝑ nutrit impunita ꝓteruitas: et subiectū se malis esse non credit: qui nihil qđ obuiare possit expauerit. Tenuit autē dixit: id est: quasi quibusdā manibꝰ apprehēdit: vt elabi neq̄ant cū iam tenent̄ astricti. Suꝑbia eoꝝ dixit: q̄ reuera ꝓdiaboli ē. Ip̄o eni auctore hoc facinꝰ extitit: qđ eū eterna cruciatiōe dānauit. Seq̄tur. Operti sūt iniq̄tate ꝛ impietate sua. Si dixisset: amicti: esset illis forsitan vel liberū caput: s̄ cum dicit: opertos: totos eos intelligamꝰ esse demersos. Iniquitas enim pōt ēē mediocris: sed addidit: impietatē: que maloꝝ rum oīm ꝓbatur extrema. Et ꝯsidera: quoniā hic v̄sus ꝛ subsequētes: maloꝝ scelera moresq̄ꝫ describūt. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eoꝝ: trāsierunt in† dispositionē cordis. Ex macie ꝓuenit malicia: quādo scelꝰ aliquod q̄sq̄ꝫ mundanis opibus desolatꝰ excogitat. Ex adipe autē ꝓcedit iniquitas: quādo hi qui affluentia presentis seculi domio ꝑstante repleti sunt: quicq̄ꝫ in diuinā detractionē delinqūt. Pingue est enim validūq̄ꝫ peccatū: qđ arbitrio magis q̄ꝫ necessitate cōmittit̄. Nam vt exaggeret̄ culpa: in abundantia rerum eos dicit deliquisse: q̄ꝫ aliquod scelus inopie excusatiōe cogitasse. Addidit: Trāsierunt in dispositionē cordis. Trāsierunt: quasi a rectis semitis errauerūt. Nā hodieq̄ꝫ sic dicimꝰ: Trāsiuit nos: quando ab aliqua veritate sensus noster errauerit. Peccatores eni i dispositionē cordis trāsierunt: id est: errauerūt: quādo forte tetem ma rōnabiles homies insensatis idolis seruiebāt. Cogitauerūt ꝛ locuti sunt nequiciam: iniquitatē in excelso locuti sunt. Duplex malum est nequiciam cogitare: eamq̄ꝫ tanq̄ꝫ bonum aliq̄d palā ꝓferre. Nam quē decuerat ꝓpter cogitationē sceleris penitere: culpā geminat dū facinora cogitata diuulgat. Illo maxime qđ sensisse nefariū est: dixisse sacrilegium. Seq̄tur. Iniq̄tatē in excelso locuti sunt.

hoc est quod mens pfida parturiebat: vt
contra suum auctorez blasphema ꝟba lo-
queref: vt illum quē laudare nemo digne
sufficit: ad iram ꝓuocet iniuriosa loquaci-
tas. Posuerunt in celum os su-
[…]ra um: τ lingua eorum trāsiuit super
terram. Ponit in celuz os suū: qui iouē:
mercuriū: ceteraqꝫ portenta ꝙ numina: deo
putat esse similia. Ponit etiā in celū os su-
um: qui res humanas tyrannica volūta-
te transgressus: maloꝝ suorum nulluz fore
putat vltorem: ꝫ poti⁹ superba iniquitate
subiectus: deum credit nō cognoscere qꝺ
differt in tempe vindicare. Seqtur. Et lin
gua eorum trāsiuit sup terrā. Super terrā
vtiqꝫ transeūt: qui vltra mēsurā humani-
tatis loquūtur: τ duz sint ipsi imbecillita-
te fragiles: tenere se immortales estimant
Al. reuertet dignitates. Ideo † reuertetur huc
ple me⁹ h populus me⁹: τ dies pleni inueni
entur in eis. Postꝙ maloꝝ licentiā de-
scripsit τ cōsuetudines pessimoꝝ: nunc ve-
niens ad scđam partē ad viā veritatis: iō
reuersurū populū dicit: quoniā domini il-
luminatiōe cōplendus est. Sed quia illos
reuersos dicim⁹: q de locis patrioticis exi-
erunt: congruū est illos hic populos aduer
tere qui aliquādo in accepta domini lege
māserunt: sed per varia desideria munda-
na dispersi sunt: τ iterum correcti ad domi
ni ꝑcepta redierunt. Quapropter asaph
hūc populū ad se redisse dicit: qui ad agni
tionē veritatis: domino ꝑstante reuersus ē.
Seqtur. Et dies pleni inuenieꝫ in eis. Di-
es pleni sunt: quādo christ⁹ domin⁹ in ple-
nitudie tempis quē ꝓphete cecinerūt ad-
Gal. 4. uenire dignat⁹ est: sicut apostol⁹ dicit. Cū
autē venit plenitudo tempis: misit de⁹ fili
um suū. Tunc ergo dies pleni iudaicū po-
pulū pfidia sua vacuatū repperūt: quan-
do inter eos aliqui corde reuelato christuz
dominū cōspicere meruerūt. Et dixe-
Al. scit runt quomodo † sciuit deus: τ si est
scientia in excelso? Illos quos super⁹
reuersos esse memorauit: nunc ex qua co-
gitatione transeant euidenter exponit: vt
domini miscđia declareꝫ: qui de blasphe-
mis facit iustos: τ de insipiētibus populis
prudētes efficiat ac deuotos. Dubitauerūt
eñ fasse deū tot mala sceleratissimos cōmi
sisse: qb⁹ videbāt oīa mūdi secūda ꝓueni-
re: nesciētes penas eos grauiores incurre-
re: q tamdiu ex pctis in sua ꝓbati sunt ob-
stinatione māsisse: sicut τ nonagesimuster-
tius psalm⁹ dicit de talib⁹. Et dixerūt non Ps. 93
videbit domin⁹: nec itelliget deus iacob.
Seqtur. Et si est scientia i excelso. Blaspe-
mus iste sensus est: τ in insipiēti volūtate
cōceptus: dubitasse scientiā eē in eo q sa-
pientiā hūano donat ingenio: q τ angelos
ipos τ potestates celoꝝ ꝓuidentie luce lo-
cupletat. Scitus eñi dict⁹ est: qsi scire cit⁹. ET
Unde supmemorat⁹ psalm⁹ dic. Qui plā Ibidē.
tauit aurē nō audiet: q finxit oculū ñ ꝯside
rat: q corripit gētes ñ arguet. Ecce ipi
peccatores τ abundātes in seculo:
obtinuerūt diuitias. Proditū est: qꝺ
insipiētiū corda fatigabat: quoꝝ ratocina
tio est sine rōne: tractat⁹ sine ꝯsilio: cogita-
tio sine sapore: vt ideo nō putaret deū scis
se qꝺ agiꝫ: qꝛ pctōres diuitias possidebāt:
qsi illis iustis ac fidelib⁹ talia sit pollicit⁹:
τ nō mag̃ paupes in mūdo eē voluit qui-
bus celoꝝ regna ꝓmisit. Et dixi: ergo
sine causa iustificaui cor meū: τ la-
ui inter innocentes manus meas.
Asaph se ꝙ fatuis cogitatiōib⁹ ꝯfiteꝫ illu-
sum: sicut supius dixit: Mei aūt pene mo-
ti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei:
vt cū se ꝯfitetur talia repudiasse: in nostr̃
sensibus cogitatiōes nō sinat vllaten⁹ in-
troire. Quapropter increpatiue ꝓnūcian-
dū est: Ergo sine causa iustificaui cor meū:
qsi inani spe aliquis se putet illusum: si in
hoc sibi mūdo fructū iusticie nō sentiat eē
collatū. Causa eñ: a casu dicta est: q sepe ET
bona sit: sepe mala. Hoc gen⁹ cause ab ora RHE
torib⁹ anceps dicꝫ: qꝺ maxīe in delibatio-
nibus ꝓuenit: qñ dubius est anim⁹ quid
sequatur. Addidit: Et laui inter innocen-
tes man⁹ meas. Adhuc ipm qꝺ cepit: exeq
tur. Ac si diceret. Quid mihi ꝓfuit ꝓbabi
li me ꝯsilatōe tractasse: si diuitias possidēt
q vita ñ relinquūt? Lauat eñ int innocē-
tes man⁹ suas: q pias opas laudabili pa-
git instituto. Nā pilat⁹ nō lauit int inocen
tes man⁹ suas: qñ flagellatū dñm cruci tra
didit affigēdū. Et fui flagellatus to
ta die: τ † index meus in matutino. Al. castigatio
Quasi penas suas adhuc cōmemorat: qs vt mea

illi videbat̃ irrite sustiebat: vt iste flagellatus paup̃ eēt: cū impi⁹ secur⁹ suas diuitias possideret. Pessima reputatio: sed vicina correctio. Sic egrotis fieri solet: q̃ tūc diutino languore liberant̃: qñ i egritudinis fine eos copiosior febriū flāma succenderit. Seq̃tur. **Et index me⁹ in matutino.** Ecce iā ad rēperiē sanitat̃ rediit: q̃ morbosis calorib⁹ estuabat. Indicē dicit sibi dñm xp̃m: q̃ nob̃ viā veritat̃ euāgelic̃ p̃dicatiōibus indicauit: ⁊ tpe matutino resurgens: spem nr̃am de isto mūdo auferēs: ad celoꝝ regna ꝑtendit. **Si dicebā narrabo sic: ecce natione filioꝝ tuorum cui**

Al. reprobaui **disposui.** Iam vicina veritate cōmonit⁹: secum ipe delibat: ⁊ ad tantā rem ꝑduct⁹: cogitatiōe mltiplici fluctuat. Dicebat eñ. Si annūciauero plebi deū mortalia nō curare: occurrere sibi putat p̃dicatiōes priores q̃s israeliticis añ p̃dixerat: vt deū colerent celi terreq̃ creatorē: q̃ p suā sapiam vniūsa disponit: bonis malisq̃ ꝓ suoꝝ actuū q̃litate restituēs. Quomō g̃ poterat aliť narrare: q̃ talia visus est ante docuisse? **Existimabā vt cognoscerē: hoc labor est ante me.** Prim⁹ gradus est scientie: quando cepérimus intelligere mīme nosce qd̄ ante nos scire putabam⁹. Prius eñ ꝑsuaserat sibi deū nō curare mortalia: quoniā pctōres videbat diuitias possidē: mō aūt existimat esse q̃rendū: vt veritatē rei mereat̃ agñscere. Constat g̃ repudiatū priorem sensum: qñ alter vt agnoscat̃ exq̃rit̃. Seq̃tur. Hoc labor est añ me. Reuera estuanti laboriosum erat tātā rē lucida veritate cog̃scere: vt ⁊ ꝓspitates pctōrum despiceret: ⁊ dñi patientiā veritat̃ ipius ꝯsideratiōe laudaret. Ante me qd̄ dixit: fortitudinē difficultatis ośdit. Quis eñ molē istā īgrātie: nisi p g̃ram possit diuinitatis irrumpe? Si

Ps. 17 cut ⁊ in alio psalmo legitur: Et i deo meo trāsgrediar murū. **Donec intrem in sanctuarium dei: ⁊ intelligam ī nouissimis eorum.** Aduertit aliq̃ñ asaph quod intelligere festinabat. Repperit enim p̃dicte q̃stionis aliter veritatē se nō potuisse cognoscere: nisi legem diuinā qd̄ ē sanctuariū dei cōtuēs intelligeret nouissima peccatorū: quō in futuro iudicio felicitas hūana damnabit̃: q̃ hic ad tps florere mō-

strat̃. Quo remedio hesitatio cūcta sublata est: q2 nō debet pius anim⁹ offendi: cū se magis rebus talib⁹ sentiat edoceri. Mō genus orōnis deliberatiuū dicat̃: qñ ⁊ partes ponūt̃: q̃ nos dubios reddunt: ⁊ eligit̃ snīa q̃ ⁊ vtilitati ꝯueniat ⁊ decori. Dixit eñ qd̄ eis scrupulū ꝯmouebat: Si dicebā narrabo sic. Occurrebat vtiq̃ illa feda varietas: Ecce natio filioꝝ tuorū cui disposui. Ad postremū eligit̃ snīa q̃ cūcta saluaret: Hoc labor ē añ me donec intrē in sanctuariū dei ⁊ intelligā nouissima eoꝝ. Sic deliberatiuū gen⁹: partib⁹ suis regulari obseruatione cōpletū est. Sciendū est sane: de topicis oīa q̃dē argumēta ꝓcedere: ꝯ quādo gnāliter dicunt̃: ad dialecticos ꝑtinēt: quādo autē particulatim ⁊ specialiter exp̄mūtur: oratoribus ꝯuenire nō dubiū est.

Uerūtamen ꝓpter dolos posuisti eis mala: deiecisti eos dū alleuarentur. Asaph venit ad tertiū membrū: vbi peccatoꝝ cōmemorat vltiones: q̃s superi⁹ eis dixerat in futuꝝ grauiter infligēdas. Et ne omnino in mūdo mali putarent̃ immunes: aut scelera sua crederent̃ hr̃e modis oībus impunita: dicit: Posuisti eis mala: vt q̃uis mūdana felicitate potiant̃: reatum in se gestent q̃ non pōt deserere omnino criminosos. Nam tales eciā hic frequēter incurrūt ruinas: quas coꝝ vel suspitio nō habebat. Sequit̃. Deiecisti eos dum alleuarent̃. Deiecisti dum dicit: ex alto significauit elisos. Et vt hoc intelligeres: addidit: Dum alleuarentur: id est: dū in cornu superbie amplitudine ruinosa conscēderent. Et perpende: quia ipsum temp⁹ eleuatiōis significat quod ruine. Non enim dixit: postq̃ eleuati sunt: ꝯ dum alleuarētur: quoꝝ erigi cadere est: et subleuare demersio: quoniā ad illā summitatē tendūt: que subita p̄cipitatōe dissoluitur: sicut iam ⁊ in alio psalmo dictū est: Uidi impium superexaltatū: ⁊ eleuatū sicut cedros libani: ⁊ trāsiui ⁊ ecce non erat. ⁊ reliqua. **Quomodo facti sunt in desolationem: subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.** Quō: admirāt̃ ē: vt subito desolat⁹ appareat: q̃ tāta felicitate pollebat. Desolat⁹: vtiq̃ desert⁹ ab ill' reb⁹ q̃ eū tāq̃ nūero-

sa familia circuibat. Hoc enī ꝯtingere mal
posse nō dubiū est: quādo debitū pauēde
mortis incurrūt. Seqtur. Subito defece-
rūt. Exponit etiā quēadmodū ad desola-
tionē puenerint: q̄ prius felicia malis euenis-
se mirabaꝛ. Nam qd dicit: Subito defece-
rūt: significat repētine mortꝭ aduentū. Et
ne illos crederes cōiter mori: addidit: Pe-
rierūt ꝓpter iniqtatē suā: qꝛ mali sic in h̄ se-
culo defecerūt: vt tū iterꝝ in illa dānatiōe p-
petua clade moriantꝛ. Uelut somniū
† exurgētes: dn̄e in ciuitate tua ima-
gine in † eoꝝ ad nihilū rediges. Pul
chra comparatio. Talē dicit esse felicitatē
maloꝝ: q̄le somniū euigilantiū. Prestigi-
is enī qbusdam illusi: frequēter ad illa nos
puēire somniam⁹: q̄ nimia cupiditate pq-
rim⁹. Paup enī subito diues efficiꝛ: crimi-
nosus honorabilis inuenitꝛ. Fruitꝛ alter op
tato ꝯiugio: nōnullus desiderato potitur
iperio. Et his oib⁹ subito derelictꝭ: p atēti-
bus oculis nō respiciam⁹: q̄ clauso lumie cer
nebam⁹. Ecce illa admirāda felicitas ipso-
rū: puenit ad somnuz. Sic enī iam mortui
diuitias possidere nō pn̄t: sicut euigilātes
sua gaudia pdiderūt. In h̄ aūt comate di-
stinctio plena figenda est: quoniā de supio
ribus pendet. Seqtur. Dn̄e i ciuitate tua
imaginē eoꝝ ad nihilū rediges. Hic iaz di
cit quēadmodū in illa hierl'm celesti impij
diuis nō possint apparere cōspectib⁹: ꝗ sic i
isto seculo imaginē in se dn̄i polluerūt: ita
in illa futura patria eoꝝ effigies nō videbi
tur: q̄ in gehēne sequestratiōe mittēdi sūt.
Peribit ꝗ imago: qn̄ se eis ipa ꝯitas alie-
nata subtraxerit. Nec similitudinē retine-
re pn̄t: de cui⁹ btitudine nil habebūt. Ima
go enī est: alicuius rei existētis siltudo for
mata. Quia † delectatū est coꝛ me-
um: ⁊ renes mei † resoluti sunt. Su-
perius ꝓphetauic ipios a regno dn̄i sbmo
uēdos: nūc cām reddit: qꝛ p ipos factū fue
rat vt coꝛ ei⁹ noxia delectatiōe mūdanis fe
licitatib⁹ inuideret. Un̄ apparet grauissi-
mū esse peccatū: qn̄ aliqs occasionē p̄bue-
rit: vn̄ alteri⁹ ꝯscia polluaꝛ: sic nec illa p̄ua
est: q̄ iniuāte dn̄o bonis p̄stat exemplū. Ad
didit: Et renes mei resoluti sūt. Renes: fre
quēter dixim⁹ ꝓ mētis cōstātia poni. Naz
sicut isti corp⁹ cōtinēt: ita aīe stabilitatē ⁊ illa
custodit. Renes enī suos dixit esse resolu-
tos: qꝛ mūdanaꝝ reꝝ felicitatē icauta vo-
lūtate ꝗsiuerat. Et † ego ad nihilum re Al. nō h3
dactus suz: ⁊ nesciui. Ut iumen-
tū factus sum apud te. Merito ad ni
hilum redact⁹ fuerat: q̄ talib⁹ desiderijs in
herebat: vt peccatorib⁹ inuidēdo: auctorī
suo facere videreꝛ iniuriā. Ad nihilū enim
puenit: q̄ fructu vere intelligētie vacuatus
agnosciꝛ. Et hoc quoqꝫ nescisse se dic̄. Ipa
est enī ꝓfunda ignorantia: nescire qd pec-
ces. Unde in alio psalmo dictū est: Deli- Ps. 18
cta qs intelligit? Sequiꝛ. Ut iumentū fa-
ctus sum apud te. Iure se iumentū dicit:
quez carnalis emulatio q̄si irrōnabile aial
insidebat. Apud deū enī i vice sunt pecu-
dū: q̄ ei⁹ p̄ceptꝭ resistūt: ⁊ aliud sentire vo-
lūt: q̄ꝫ sanctis regulis cōtineꝛ: sicut in alio
psalmo dictū est: Nolite fieri sicut equ⁹ et Ps. 31
mulus qbus nō est itellect⁹. Et ego sem-
per tecū. Tenuisti manum dexte
ram meam. Cum dicit: Et ego semp te-
cum: ostēdit se ab idolis alienū: auctori do-
mino pura mēte credidisse. Sed in h̄ erra-
bat: qꝛ de peccatoꝛuz felicitate dn̄i iudicia
discernere nesciebat. Quapropter hic di-
stinctio plena est: quoniā est completa sen
tētia. Sequiꝛ. Tenuisti manū dexterā me
am. Dixit: Tenuisti manū. Et ne putares
sinistrā: qꝛ ⁊ ipa pars habet corpis manū:
addidit: Dexteram meam. Cuius enī hec
pars a dn̄o teneꝛ: semp soluiꝛ atqꝫ libe-
ratur: sicut petro mergēti: dexteraz tenuit
domin⁹: eumqꝫ fecit elemētum liquidū fi-
xo calcare vestigio. † In voluntate tua Al. Et
deduxisti me: ⁊ cū gloria † assumpsi Al. suscepisti
sti me. Hic quoqꝫ gratia dn̄i significaꝛ q̄
redemit peccatores. Non enī dixit meritꝭ
meis: sed volūtate tua deduxisti me: ad in
tellectū scilicet saluberrimū: ad quem post
mortiferas cogitatiōes tāqꝫ de loco sepul-
chri: dn̄o viuificāte reuersus ē. Sequiꝛ.
Et cum glīa assumpsisti me. Hic denunci-
at domini incarnationē futurā: in q̄ homi-
nē assumere pietate sua dignat⁹ est. Quid
enim mirabili⁹: q̄ꝫ mortalem naturā incar-
natione verbi ad patris dexteram colloca-
tam: ⁊ eam viuos ⁊ mortuos iudicaturā: q̄
post delictū p̄mi hois diabolicꝭ tēptatōib⁹
sbiacebat? Un̄ etiā ꝓbatissime atqꝫ expsse

Johes cōstātinopolitan⁹ eps ait: Cogitcamus q̄ natura ē cui dixit: Esto meę pnceps
Gen. 3 sedis: illa natura q̄ audiuit: Terra es: ⁊ in
Al. est terrā ibis. **Quid enī mihi restat in celo: ⁊ a te qd volui sup terrā:** Post q̄ dixit queadmodū a ꝓuo sensu volūtate dn̄i fuerit absolut⁹: ad q̄rtū venit ingressū: vbi iam bonā miscd̄iam ipius libat⁹ enūcerat. Nā cū dic: Quid restat i celo: subaudiēdū est: qd ampli⁹ petaz: id est: q̄ qd mūdo datur⁹ es: Bn̄ficiū scz sanctę incarnatiōis tuę: vt de⁹ hō ex duab⁹ ⁊ in duabus naturis distinctl atq̄ ꝑfectis: vn⁹ xp̄s appareat: ⁊ dānatū lege pcti ꝑ grām redēptiōis absoluat. Increpatiue aūt ꝯ se dicit qd sequitur. Et a te qd volui sup terrā: q̄si diceret: Ego v̄itatl ignar⁹: q̄lia sup terrā sperabā: vt pctōꝝ bona cuperē hc̄ cōia: cū tu beneficia putares in ętnitate māsura: Istę sunt poti⁹ diuitię q̄s salubriter cupe debemus: ista fęlicitas de q̄ se xp̄ianus gaudeat esse locupletē: vt sit paup in h̄ sęclo: diues i cęlo. **Defecit caro mea ⁊ cor meum de⁹ cordis mei: ⁊ pars mea de⁹ in
Al. eternū secula.** Defect⁹ dict⁹ est: qm̄ deest illi effe
ET ct⁹. Et iure cogitatio carnal' defecerat: q̄ se errasse noscebat. Sz illi ꝯfitet cui culpā reuelare remediū ē: delicta ꝯfiteri securitas. Et nota q̄ in vno v̄su: cor ⁊ in bono ponit ⁊ i malo. Defecit cor: vtiq̄ mala cogitatio. De⁹ cordis: bonū intellectū significat: cuz se errasse iā salubrit sentiebat. Illud q̄z notādū est: qd freq̄nter scptura diuia de corporis isti⁹ pte dic emanare ꝯsilia: sic scptū
Math. 15 ē: De corde hois ꝓcedūt cogitatōes male: q̄uis aliq̄ dicāt i cerebro eē sapię sedē: s illi poti⁹ dicēti de corde nr̄o credēdū ē: q̄ corda nr̄a formauit. Seq̄t. Et ps mea de⁹ i sęcula. Illi⁹ hois ps de⁹ est: q̄ se maiestati ipsius ⁊ credulitati ꝯsociat ⁊ ꝓbabili actōne ꝯmēdat. In sęcula v̄o qd addidit: semp se ipsi adherē ꝓmisit. Qd reuera ꝑfectoꝝ est nūq̄ ab illo velle discedē: sine q̄ ꝯtingit sp errare. **Quia ecce q̄ elongāt se a te peribūt: ꝑdidisti oēs q̄ fornicātur abs te.** Illoꝝ mēorē de q̄b⁹ supi⁹ dixit: Subito defecerūt: perierūt ꝓpt iniq̄tatez suā. Illi enī se elōgauerūt ab eo: q̄ idol' fuientes: deo v̄o nullā reuerētiā reddiderūt. Iste enī credēs deo: paulisp recesserat vt redirct: q̄ sic sępe dictū ē: cogitatōes ꝑuas de pctōꝝ fęlicitate ꝯxerat. Seq̄t. **Perdidisti oēs q̄ fornicāt abs te.** Fornicari ē a dn̄o q̄n adulterinis cogitatōib⁹ ab ei⁹ amore casto deuiam⁹: ⁊ luxuriā sęcli ꝑponētes ꝑceptoꝝ cęlestiū nō recipim⁹ disciplinā. Qd illos facere manifestū ē: q̄ culturas idoloꝝ vanasq̄ supstitiōes ipietatis affectāt: ⁊ q̄c q̄d postremo ꝯ catholicā fidē credit: pollutis sensib⁹ fornicāt. **Mihi aūt adherere deo bonū est: ponere in deo spem meā. Ut annūciez oēs laudes tuas in port filię syon.** Ecce declarat⁹ est sensus ille quē dixim⁹: q̄ licz praua se cogitatiōe polluerit: tn̄ a cultura dn̄i nō recessit. Dic enī bonū sibi esse adherere dn̄o. Is enī diuitati adheret: q̄ se illi vera fide atq̄ ꝓbitate opeꝝ ꝯiūgit. Nā sic ipsos dixit elōgatos: ita se adherē dn̄o ꝓfitetur: vt ill' ꝯtria faciēdo dispar ē vicissitudinē remūeratiōis inueniat. Seq̄t. Ponere in deo spem meā. Exponit v̄bū qd supi⁹ dixit. Ille enī adheret deo: q̄ spem suā ponit in dn̄o: q̄r nihil pōt esse beati⁹ q̄ illi omia cōmittere: q̄ nouit suis cultorib⁹ ꝯgrue ꝑ futura ꝑstare. Addidit. Ut annūciē omēs laudes tuas in portis filię syon. Syon: frequēter dixim⁹ mōtem esse hierosolymis cōstitutū: q̄ nostra lingua speculatio interpretatur. Istius q̄ ꝯtemplatiōis filiā: catholicam cōstat esse ecctiam: vbi reuera laudes dn̄o reddit: qui pura mente crediderit. In portis: ipm ingressum mauult christianitatis intelligi: quādo ad verā fidem papiendam ꝑplus nouę regeneratiōis adduct.

Conclusio psalmi.

Quā mirabiliter asaph iste: cui⁹ nomē idicat synagogā: ⁊ ꝑteritos errores respuit: ⁊ futurę bona credulitatl assumpsit. Deliberauit enī sapiēter: elegit eximie: vt nō immerito post illā superioris psalmi de aduētu dn̄i salutiferam ꝓmissionē: septuagesimisecūdi psalmi: ei numer⁹ ꝯuenisse videatur: quādo vtrasq̄ cogitationū ptes: velut iusta libra discernēs: eq̄bili totū moderatione pēsauit. Cōpleta est his admonitionib⁹ institutio christiani: vt nec cogitatōib⁹ mal' delinq̄t: q̄ se dn̄o ꝯmēdare festiat. Presta dn̄e: ne nos talib⁹ inuidere facias: q̄s tua v̄itate cōdēnas: s execremur quos

Rij

bores: τ amem⁹ certe q̄s diligis: q₂ tecū nequeūt hr̄e portionē: nisi q̄ volūtates tu-as mēte deuotissima subsequitur.

Explicit expositio in psalmum. LXXII

Incipit expositio in psalmum. LXXIII

Intellectus asaph.

i Intellectus: significat inspectionē diuinā: quā psalm⁹ iste studio pietat̄ oīmodis intuet̄. Asaph: sic spe iā dictū est: interp̄tat̄ cōgregatio: q̄ nūc vocat̄ ecclīa. Ista futuras clades ciuitatis hierl̄m miserāda lamentatione deplorat. Mira pietas: stupēda clemētia: malū futurū p̄sitem sibi facere placītū: τ sic dolere vētura q̄si iam p̄bent̄ eē suscepta. Qd̄ gen⁹ dictiōis: caritate plenū: p̄ximiq₃ dilectiōe cōpunctū: τ in h̄ psalmo: τ i septuagesimo octauo: τ in cētesimo tricesimosexto reperies fuisse cātatū. Scire aūt debem⁹: q̄d int̄sit int̄ penitētes τ lamētātes: q̄m sūt tristes lachrymę vtrisq₃ cōes. Penitentes p̄ suis pctis: aut p̄ gnālitatis excessib⁹ rogāt: vt dn̄s delicta dimittat: ne puniat errata cuz iudicat. Lamētantes v̄o pietatis intuitu deflent ciuitat̄ ruinas: τ interitū suor̄ ciuiū: quē aut iā passi: aut certe passuri sūt. Vn̄ monet apl̄s: caritatē p̄ximi p̄suadēs:

Ro. 12 gaudē cū gaudētib⁹: flere cū flentib⁹. Respiciam⁹ nūc ordinē ip̄m: positionēq₃ psalmor̄. Septuagesimu sp̄rim⁹ ps̄. p̄misit incarnationē dn̄i eē venturā. In. lxxij. postpositis erroribus: asaph elegit q̄d seq̄t̄. In p̄senti aūt ciuitat̄ s̄uersio deplorat̄: vt durissim⁹ anim⁹ iudeor̄ vl̄ ip̄ius ciuitat̄ suę calamitatib⁹ terreret̄. Totū fec̄ medic⁹ bonus: si sanitatē recipe voluisset egrot⁹. Meminerim⁹ aūt q̄d ecclīastica tradit auctas: his dieb⁹ vastatā hierl̄m: quādo christum dn̄m crucifixit plebs crudelissima iudeor̄: vt nō sit dubiū q̄d tp̄is maluz recepit p̄sūptiōis excessus. Nūc ad reliq̄ trāseamus.

ii Sraelitarū pp̄l̄s: q̄ **Diuisio.** figurā ptinet deuotissimę synagogę: p̄ totū loq̄tur psalmū. In p̄ma sectiōe deplorat: cur traditi fuerint gētib⁹: ita vt sanctuariū inimicor̄ p̄phanasset audacia: memorās q̄rundā iudeor̄ cor impenitēs dn̄i p̄uocasse cēsurā: ex q̄bus tn̄ in fine sc̄ti ↄuītendos eē p̄phetat. Scd̄a dicit: aduētu xp̄i supstitiōes τ iniq̄tates hoium fuisse destructas: enumerās diu̇sa cū fecisse magnalia int̄ q̄ petit vt iudęis errātib⁹ s̄ueniret. Tertia sectiōe rogat: vt mēor p̄missionū suar̄: ab interitu semē eripiat abrae: τ ad ip̄m ascēdat supbia romanor̄: q̄ se imaniter extulerūt. Quē psalmū sollicit̄ mentib⁹ audiam⁹. Est eñ i excidij hierosolymitani lamētatiōe mirabilis. **Expositio.**

v T q̄d repulisti de⁹ in finez: irat⁹ est furor tu⁹ sup oues †gregis tui. Introducit̄ pp̄l̄s iudeor̄ d̄o supplicās: vt auteret ab israeliticis q̄d iminebat exitiū. Vt q̄d: q̄rent̄ eñ ipuritatis. Merito eñ territ⁹ q̄rebat: cur sctūariū dn̄i passur̄ eēt nefandissimā vastitatē: timēs ne q₂ p̄missa ē tēpli vastatio: iudaicus q₃ pp̄l̄s fundit⁹ interiret. Nam q̄s iā reseruari credit̄: q̄n sctis loc̄ reuerētia nō habet̄: Repulisti: abiecisti ē: q̄si alienos a tua defensiōe fecisti. In finē h̄: interitū significat τ captiuitatē quā hierl̄m tp̄ibus vespasiani atq₃ titi p̄ncipib⁹ a romanis legit̄ pertulisse. Seq̄tur. Irat⁹ est furor tu⁹ sup oues greḡ tui. Oues dic̄ pp̄l̄m iudeor̄: vt nominatus grex p̄ij pastor̄ misc̄dām cōmoueret. Addidit: Tui: q₂ sp̄ in eis tp̄anti⁹ vindicamus: quos aliq̄n n̄ros fuisse meminimus. — Al. pascue tue

†Memēto ↄgregatōnis tuę: quā †creasti ab initio. †Liberasti v̄gaz hereditatis tuę: †mōtis syon i quo hābitasti†. Intuēre solicite: q̄t modis beniuolētiā iudic̄ q̄rat: vt orator̄ argumēta hic iuenias fuisse p̄gressa. Prestita eñ dona numerāt̄: vt ad b̄n̄ficia ↄsueta animus bōi iudic̄ iuitet̄. Quapropt̄ rogat: vt sua poti⁹ b̄n̄ficia i eis: q₃ eor̄ ↄsiderare velit errata. Cōgregatio. n. iudeor̄ euident̄ ipso adiuuāte p̄ualuit: cuz eos s̄b egyptio pp̄lo cresce faciebat: τ q̄n placuit miracul̄ isignibus libare diḡtus ē. Nā cū oēs creet atq₃ disponat: iudeos q̄si sp̄ealit̄ creasse d̄r: q̄b⁹ τ legē dedit: τ p̄phas contulit: τ miracula magna ↄcessit. Ab initio dixit: fidei scilicz culturęq₃ p̄latę: quā per moysen populus accepit hebrę⁹. Seq̄tur. Liberasti virgam hereditatis tuę. Hereditas domini: fuit populus iudeorū: q₃diu ei puro animo seruiebat. Hanc hereditatem: virgam appellauit propter moysen famulū eius: cui iussuz est per virgam magnalia facere: vt diuina — Al. Memor esto; Al. possedisti; Al. Redemisti; Al. mons; Al. in eo

RHE

fortitudine roborati: de terra egypti egre-
derent̄ intrepidi. Per hãc em̄ virgã: pha-
raonis est q̄ssata duricia: p eã maris rubri
fluenta diuisa sunt: p ip̄am de sicco lapide
flumia manauerunt. Et merito hereditas
ista vocata est virga: q̄ tanta valuit imple-
re miracula. Hec ideo in cõmeorationẽ ve-
nit: vt p eam q̄ta p̄stitisset oñderet. Addi-
dit q̄ȝ cumulũ pfectiõis insignẽ: id est: mõ-
tis syon in q̄ habitasti. Illa em̄ q̄ precesse-
re miracula: vsq̄ȝ ad mõtis hui⁹ mũera per-
uenerũt. Dubiũ q̄ppe nõ est: oĩa veteris
testamenti ideo fuisse facta: vt noui v̄itas
p̄missa seq̄ret̄. Nam qd̄ dicit: Mõt̄ syon
in q̄ habitasti: hierosolymã vtiq̄ȝ significat
ciuitatẽ: in q̄ israelitic⁹ popul⁹ insidebat:
vbi habitasse declarat christi dñi p̄sentiaȝ
corporalẽ: vt hec loca nõ sineret incurrere
teterrimã vastitatẽ: in q̄bus hũanis oculis
apparere dignat⁹ est. Fulgẽs plane terra mi-
racul̄: dñica visitatõe venerabilis: vbi da-
tũ est oculis carnalib⁹ videre qd̄ est sũma
Cop̄ — beatitudo vel credere. Qd̄ argumẽtũ dici-
tur a laude rei lese: vt tãto plus hostib⁹ cre-
sceret inuidia: q̄to loca s̄ctã fuerãt eoꝝ pre-
sumptiõe vastãda. †Eleua manũ tu-
am in sup̄bia eoꝝ in finem: q̄ta ma-
lignatus est inimicus in †sanctis tu-
is. Hec v̄ba nõ sunt irati: s̄ remediũ magis
correctiõis optãtis. Preualuit reuera isra-
elite petitio. Ubi em̄ amplius religiõis chri-
stiane cult⁹ effloruit: q̄ȝ in romana vrbe: q̄
p̄ ceteris terris sup̄stitiões sibi ab̄ gẽtiũ ven-
dicauit? Eleuata est q̄ in ipsis potẽtia dñi:
q̄ñ sup̄biam eoꝝ humilitatis gr̄a cõmuta-
uit: p̄ducẽs eos in finẽ: id est: ad dñm sal-
uatorẽ. Q̄ta em̄ nefandissima illic sunt si-
gna tẽploꝝ? Quot eccliaꝝ celestiũ ⁊ btõꝝ
martyꝝ dona micuert? Ut vtrisq̄ȝ ꝯspect̄:
reuera potẽtia intelligat̄ dñi x̄pi: q̄ ex tam
sup̄stitiosa plebe reddidit s̄ctissimã ciuita-
tem. Seq̄t̄. Q̄ta malignatus est inimicus
in s̄ctis tuis. Inimicũ: significat p̄plum ro-
manoꝝ: q̄ illo tempe: sicut dictũ ẽ: insignis
idoloꝝ cultor habebat̄. Qui maligñtus est
in loc̄ s̄ctis ei⁹: q̄ñ sacerdotes totaq̄ȝ miste-
ria tẽpli in q̄dam missa patuerũt: cũctaq̄ȝ
gẽs hebreoꝝ: aut gladio subiacuit: aut ca-
ptiuitati subiugata seruiuit. Hoc em̄ nimis
acerrimũ bellũ: iosephi historia septẽ libris

al. Leua man⁹ tuas in sup̄bias
Al. sancto

celebrata describit. Et gloriati sunt
qui te oderunt: in medio †atrio tuo
Posuerũt signa sua signa: ⁊ non
cognouerũt. Hinc iã p cõtemptũ sacra-
tissimi templi: maior i p̄sumẽtes crescit in-
uidia: vt ip̄am quodãmõ diuitatẽ ꝯtẽpsis-
se videat̄ qd̄ s̄ctẽ religiõis violator arguit̄.
Sed cũ oĩe scel⁹ debeat sibi seq̄ penitudo:
hic positũ est: Gl̄iati sũt: vt nõ solũ peccas-
se: s̄ ip̄m q̄ȝ malũ ad gl̄iam suã traxisse vi-
deret̄. Addidit etiã: Qui te oderũt: vt pati-
ent̄ nõ debeat sustineri: qd̄ ab inimic̄ cog-
scitur p̄petratũ. Seq̄tur. In medio atrio
tuo. Hoc ad magnũ ꝯtemptũ ptinet expu-
mẽdũ: vt nõ extremo aliq̄ loco: sed in me-
dio atrio sacrilegiũ cõmisisse dicat̄. Quod
aũt addidit: Signa sua signa ⁊ nõ cogñe-
rũt: scȝ aq̄las: dracones: ceteraq̄ȝ q̄bus in
p̄lio vti solebat roman⁹ exercit⁹: aut certe
statuas monimẽta victorie: q̄s impatores
supra fornices portaꝝ in suis laudib⁹ erige-
bant. Seq̄tur etiã cũ dolore dicta signa:
vt ip̄a repetitio ad vindictã celerẽ iustũ iu-
dicẽ cõmoueret. Que figura dr̄ Epemba-
sis: q̄tiens ad auxesim faciendã de vicino
eadẽ v̄ba geminant̄: oñdens q̄r hũanis est
viribus applicatũ: qd̄ diuia fuerat dispẽsa-
tione p̄missuȝ. Nã vt hũc sensum itelligas
esse ꝯceptũ itulit: Et nõ cognouerũt. Qd̄
si cogñuissent: tibi vtiq̄ȝ reddidissent sacrifi-
cia: nõ aũt elegissent ad demonũ redire cul-
turas: q̄ captiuitas vel ruina lõgis post tẽ-
porib⁹ facta ẽ: q̄ȝ cogñscat̄ eẽ p̄phetata. Tũc
em̄ q̄ñ ista dicebãt̄: templũ adhuc hieroso-
lymis nõ erat ꝯstitutũ: quippe qd̄ a salomo-
ne filio ip̄ius legit̄ fabricatũ. Tũ reuera ce-
lestis p̄phetie magna v̄t⁹ apparuit: vt an-
te ipsius euersio prediceretur: q̄ȝ eius con-
structio p̄uenire potuisset. Sicut in †via
super sũmũ. Quasi in silua ligno-
rum securib⁹ exciderũt ianuas ei⁹
in idip̄um: †bipenni ⁊ ascia deiece-
runt eam. Q̄tum plus inimicoꝝ ꝯtem-
ptus exp̄mit̄: tantũ venire vindicta cele-
rius postulat̄. Nã in his duob⁹ versiculis:
dolẽtis animũ vehemẽter insinuat: vt di-
cat: sic posuerũt signa in templo tuo: quẽ-
admodũ solẽt statue p̄ncipiũ in plateis p
loca edita collocari: vt viantuȝ memoria
visis talib⁹ instruat̄. Quid enī execrabili⁹?

ſz vt hoc auderēt facere in penetralibꝰ tē-
pli: qd a ſacrilegis pſumit in plateis. Seq-
tur alia cōparationis miſerāda cōgſtio: vt
ita dicat ianuas illas tēpli reuerētiſſimi ſe
curibꝰ cōminutas: quēadmodū exciſoribꝰ
lignoꝝ ſilue ſolēt pbere licētiā: vbi nullus
cuſtos: nullus 2rius inuenit. Antiq autez
ianuas a iano dictas eſſe voluerūt: q p ip-
ſum anni vt putabāt pberetur ingreſſus.
Addidit qz. In idipm: in tēplo ſcilicet: vt
facti qlitas de loci reuerētia plus doleret.
Seqtur. Bipēni et aſcia deiecerit eā. Bipē-
nis: eſt in plagas lignoꝝ: ferrū ab vtraqz
pte formatū: qd in excidēdis trabibꝰ cōpe-
tēter aptat. Dicta eſt aūt ab eo: q bis acu-
ta ſit. Pinnū eni: antiq acutum dicebant.
Aſcia: id eſt: ferrū in obunci naſi more cur-
uatum: p quā manꝰ artificis diligētiꝰ pſe-
quit qd cōſtat minutiꝰ abſcidendū. Ergo
vt ciuitatē illā oſtēdat funditꝰ fuiſſe vaſta
taz: p hec inſtrumenta fabrilia: et magnas
res ſimul et paruiſſimas dicit eē deiectas.
Quicqd eni: aut bipēnis excidē: aut aſcia
pſeq potuit: manꝰ truculēta deiecit. Quo
loco ad exprimendū dolorē: pphete hiere-
Iere. j. mie ſenſus ille ponēdus eſt. Uidete: ſi eſt
dolor ſm dolorē meū: q factꝰ eſt mihi: de-
dit me dñs in manibꝰ et non potero ſtare.

**Incenderūt igni ſanctuariū tu-
um: in terra polluerūt tabernacu-
lum nomis tui.** Creſcit dolor: vbi cala-
mitas euerſionis auget. Potuit eni bipē-
nis et aſcia ſola ligna cōcidere: ſz ad poſtre-
mū ignē 2tigit ſimul omia deuorare. Sed
qd rogo de pluat domibꝰ fieri potuit: vbi
furor hoſtilis ſanctuario dñi nō pepercit.
Qd aūt dicit: Igni incenderūt: in ſeculari
Sche bus litteris ſchema dicit Pleonaſmos: vbi
et ſupfluū aliqd poni fas eſt. In ſcripturis
vero diuinis: vt mihi videt: hec figura nō
cōuenit: vbi totū vtile: totū neceſſariū: to-
tumqz pfectū eſt: ſz magis p hūc modū lo-
cutiōis: dictū debemꝰ aduertere: ſicut vſu di
cimꝰ: Auribꝰ meis audiui: oculis meis vi-
di: cum tamē nec alienis videre oculis: nec
auribꝰ audire poſſit externis. Seqt. In ter-
ra polluerūt tabernaculū nois tui. Taber
naculū nois eiꝰ: templum fuit: qd ſalomō
Reg. 8. mirabili edificatiōe 2ſtruxit: in cuꝰ dedica
tione orās ait: Ego aūt edificaui domum
nois eiꝰ. etc. Iſtud ſz tabernaculū qd viſita
bat vtus celeſtis: manꝰ polluit vaſtatoris. et
vſqz in terrā deduxit culmia: q ad laudem
dñi pbabant eē 2ſtructa. Et nota q in his
qttuor vſibus: ſchema illud nobiliſſimuz
ponit Auxeſis: q latine augmētū nūcupa- Sche
tur. Creſcit eni ſbinde atrocitas facti: vt tā
imanit excedētibꝰ ab oipotēti iudice debe
at obuiari. Qd ſiue in laudibꝰ: ſiue in vitu
peratiōibꝰ vtilit nimis ac decēter apponit:
ſicut fec apls dicēs. Scientes q tribulatio Ro. 5.
patiētiā opat: patiētia aūt pbationē: pba
tio vo ſpem: ſpes autem non cōfundit. etc.

**Dixerunt in corde ſuo cognatio
eoꝝ † inter ſe: venite cōprimamus
omēs ſolēnitates dñi a terra.** Potu Al. ſimul: quieſcere faciamꝰ oēs dies feſtos dei
iſſent mala ſupius enūerata miſcdiam do-
mini 2mouere: niſi adhuc fuiſſet in iudeis
obſtinata ſupbia. Nam licet talia perpeſſi
ſint: a blaſphemijs eoꝝ animꝰ nō receſſit.
Dixerūt eni i corde ſuo. Et ne pauci viderē
tur eē: addidit: Cogtio eoꝝ int ſe: vt impe
nitēti cordi: merito nō fuerit ſuſpēſa cala-
mitas. Seqt. Uenite cōprimamꝰ oēs ſolē
nitates dñi a terra. Hic vba referūt iraſcē-
tiū iudeoꝝ: qui viderāt euerſam ciuitatez
ſuā: et dei ſctūaria pphanata: inſipient et
furioſe dixerūt: Abijciamꝰ legē dñi: q nos
vindicare 2tempſit: nō eſtimātes mlto eos
grauiora potuiſſe mereri: q crucifigere niſi
ſunt dñm xpm. Talia eni aſaph ex ſua pſo
na dicere nō potat: quē pmiſſus tituli intel
lectus ornabat **Signa noſtra nō vi
demꝰ: iaz nō eſt ppheta: et nos nō
cognoſcet amplius.** Demētiſſimi hoim
q talia ſibi putabāt poſt reatū ſigna poſſe
pſtari: qlia videbāt ante culpā tā imaniſſi
mā pmereri. Ueniebat vtiqz illis i animū:
qtas gētes pſes eoꝝ dño iuuāte pſtraue-
runt: q regna momētanea cōcertatiōe ſub-
diderunt: et in reatu maximo 2ſtituti ipa ſi-
bi ſbtracta dicebant ſigna: q patribꝰ ſuis
tūc deuotis nouerāt eſſe collecta. Seqtur.
Iam nō eſt ppha: et nos nō cogſcet ampli-
us. Adhuc ipa ſunt vba deſperātiū iudeo
rū. Nā qtiens antiqs tpibus iſraelite aliq
calamitate pmebantur: euntes ad prophe
tas inſtruebātur ab eis iuſſu domini quid
facere debuiſſent: qbus tamē eoꝝ duricia
obedire cōtemnebat. Sed cū eos cōpleto

aductu dñi ñ hberēt: dicebāt a dño se fuisse derelictos: qñ eos p̄ q̄s admoneri cōsueue rant nō videbāt. De talibus eñi scriptū ē:
Prouer. 16 Peccator cū venerit in ꝓfundū malorum ꝯpernit. Hec omia dici nō potuerūt: nisi a populo iudeoꝝ: q2 romanis ista ꝯtra erāt: q̄ tunc nefandis idolis seruiebāt. Reuera asaph intelligēs ꝛ sanctitate ꝑcipu⁹: fudit ꝓ iudeis mirabilē supplicationē. Sed ne i- clemētia diuinitat̄ putaret̄: q2 ꝓ ipis nō ꝓ bat̄ audit⁹: subiūxit culpas desperatōesq3 iudeoꝝ: vt debitas vltiōes susceperint me rito: in q̄bus nulla fuit int̄ tā multa crimia cōgrua penitudo. Usq3quo de⁹ im- ꝓperabit inimic⁹: irritat aduersari us nomē tuū in finē: Clamat tanq3 q̄ adiutorē petit: gemit quō vulnerat⁹ q̄ me dicū q̄rit: dicens dño: q3diu istas imprope ratiōes sustinebis: q̄s iude⁹ tibi mouet in- credulus: Nō vt eos p̄deret: q̄s flendos eē iudicabat: sed vt cōfessionis bñficio muta- ret in meli⁹. Seq̄tur. Irritat adūsarius no mē tuū in finē. Hoc exponit qd̄ sup̄ius di- xit: tādiu dñs murmuratiōes patit̄ p̄fido- rum: donec adūsarios suos ad cōfessionez sui nois miserat⁹ adducat. Ille eñi potēs ē sic corrigē derogātes: vt q̄ p̄us mortifere locuti sūt: postea ꝑdicare salutariter audi- ant̄. Irritat eñi: a canib⁹ tractū est: quorū latratibus. R. littera plurimuz sonat. In finē: sig̃ficat mūdi vesperā: qñ gēs iudeo- rum ꝓ maxima parte creditura est. Ut
Ut. manū quid auertis faciē tuam ꝛ dexterā tuā: de medio sinu tuo i finē. Quasi offenso: q̄si irato dño dicit: q̄ nolit pctōres ꝓpsos intueri: vt adhuc in sua videant̄ pse- uerare neq̄cia. Ille eñi q̄s dispēsatione mi rabili placat⁹ attēderit: corrigit: q̄s ꝓpiti⁹ intuet̄: emēdat. Seq̄tur. Et dexterā tuam de medio sinu tuo in finē. Aliud sacr̄m tan
Exo. 4 git̄ veteris testamēti. Nam sic moysi da- tum fuerat p̄ virgā miracula facere: ita illi ꝑceptū est: vt dexterā suam in sinū mitte- ret: eximdeq3 ꝓlata leprosa conspecta est. Jussumq3 illi est: vt iterū manū in sinu mit teret: statimq3 curata est: significās q2 po- pulus iudeoꝝ exiēs a dño christo imund⁹ fieret: ad eū ꝟo ꝯuersus recipet pristinam sospitatē. Qd̄ factuz ideo cōmemorat̄: vt iudeoꝝ ꝓplm i āntiquā redire ꝑdiceret sospi- tatem. Hoc argumentū dicit̄ ab euētu: qñ ad illud supplicatio tēdit: ad quod rei ordi- nē ꝓuenire cognoscit. Sed ne in tali relati- one diuti⁹ moraret̄: ad laudes dñi festinus accedit: vt omia possibilia dicat illi q̄ tam ingētia cog̃scit̄ opari. Deus autē rex nr̄ ante secl̄a: opat⁹ ē salutē in me- dio terrē. Uenit ad scd̄am sectionē intel lectus ille asaph quē titulus p̄ecinebat: ꝛ spū ꝓphetie dñm saluatorē ꝑdicit esse ven turꝝ: enumerās p̄ demōstratiuū gen⁹ orō- nis: q̄ta miracula fecerit in celo ꝛ in terra. Et q2 de eius erat incarnatiōe dictur⁹: ne q̄s eum dñm crederet tp̄alem: ante ꝯstitu- tionē mūdi regez eū iam fuisse testat̄: sicut ip̄e in euāgelio ait: Ego in h̄ nat⁹ sum. Se- cula eñi dicta sunt: q2 i se reuoluāt tp̄a. Se- q̄tur. Opatus est salutem in medio terrē. Quis h̄ ꝛ de factis miraculis possit intel- ligi: q̄ corā hominib⁹ visualiter cog̃scat̄ ope ratus: tñ meli⁹ hoc de aiaꝝ salute suscipia- mus: quā opat⁹ est ꝑdicatiōe vitali in me- dio terrē: cūctis scz cernētibus ꝓplis: q̄s p̄ terrē vocabulū dat̄ itelligi. Que figura di cit̄ Metonymia: qñ p̄ id qd̄ cōtinet: id qd̄ cōtinet̄ ondit̄. Tu ꝯfirmasti in vir- tute tua mare: ꝯtriuisti capita dra conū sup̄ aquas. Ut reuera ostēderet qd̄ sup̄ius dixit: ante secula fuisse regē do- minū saluatorē: q̄ ꝓ nobis pati dignat⁹ ē: vt mortē moriendo destrueret: captiuis li- bertatē: reis ꝑmia ꝯdonaret: refert miracu la q̄ quondā fecit in gēte iudeoꝝ. Cōfirma uit eñi rubri maris liq̄das abyssos: quādo in duob⁹ lateribus sic aq̄ desixa est vt ma- re nauigeꝝ iter faceret esse terrenū. Seq̄tur. Cōtriuisti capita draconū sup̄ aquas. Mysteriū sup̄ioris miraculi decēter expo- nit: q2 illa ꝑfiguratio trāsitus maris rubri: aq̄s sci baptismatis indicabat: vbi capita draconū: id est: spirituū imundoꝝ p̄ducūt̄ ad nihilū: qñ aias quas illi pctōꝝ sordib⁹ inq̄nant: fons salutaris emūdat. Et nota qd̄ in h̄ ꝛ alijs q̄ttuor ꝟsibus: per figuram Synatrismos: singulas cōgregat laudes: vt enumeratio ip̄a virtutū: animū offensi potētissimi iudicis temp̄aret. Tu con fregisti caput draconis: dedisti eū in escam populo ethiopū. Cū sup̄i⁹ dixerit plurali numero: capita draconum

significare volēs neqcias spūales: mō singulari nūero ponit draconē: vt ipm sathanan indicare videat: q̄ cūctū fortior: tñ neq or: ⁊ cū singulari nūero ponitur: inē malignos spūs hēc sīlem penitus abnegat. Cōfractū ē em̄ caput ei⁹: qm̄ supbia ipius de celo deiecta ē: ⁊ natiuā claritatē retinē ñ meruit: q̄ se voluūtaria obscuritate maculauit. Addidit: Dedisti eū in escā pplo ethiopuʒ. Ethiopes: bene pctōres aduertim⁹: q̄ ante fuerāt tenebrosa mēte teterrimi. Sʒ ad dominū ɔūsi: escā ceperūt hēc diabolū: cum de ei⁹ detractiōe satiāt. Naʒ hodieq; quē pessimū itelligi volum⁹: diabolū nūcupamus. Oibus em̄ culpis exufflat admissis: totī⁹ dr auctor erroris. Et sic ille xpianos isequtur: ita ab oibus execrabili horrore discerpit. Sic fit vt q̄ paganis an̄ venerabil: nūc a xpianis detractionū morsib⁹ corrodat. Siue ɔūsi iā fideles: escā pn̄t hēc diabolū: qm̄ p ipius machinamēta tēptatiōes q; pficiūt. Ipo em̄ psequēte martyres fiūt: ipo affligēte patientie munere coronātur. Quapropter merito diabol⁹ illoꝝ esca dr: q̄s fatigatiōibus crebris ad desideria voti ua pducit. Tu dirupisti fontes et torrētes: tu siccasti fluuios ethan. Hoc totū p allegoriā de pctōrib⁹ dic. Fontes illos appellat: q̄ꝝ mala iugit influebat. Torrētes q̄ subito ɔcitati rapidis excursib⁹ irruebāt. Hec em̄ duo genera peccātuū: domin⁹ dirūpit: cū eos a diaboli famulatiōe diuiserit. Seqtur. Siccasti fluuios ethan. Priorē excolit sensum: vt fluuios: id est: inundatiōes diabolica iniqtate collectas: nō solū dirūpat ac diuidat: verūetiā desiccet ⁊ auferat. Fluui⁹ em̄ qn̄ siccat: ad nihilū sine dubitatiōe pducit. Qd̄ tūc cōtingē manifestū est: qn̄ donās multitudinē peccatorū: diaboli cōstat inundātia perisse ɔsilia.
hõ Ethan hebrea lingua: fortis interptatur: qd̄ sepe diabolū significare iam diximus.

Tuus est dies ⁊ tua est nox: tu †fecisti solem ⁊ lunaʒ. Uersus iste ⁊ seq̄ns omibus ad lrām patēt. Lūctaꝝ q̄ppe reꝝ creator est dn̄s. Sed apti⁹ videt: si spiritualit exq̄rit. Diē: ponam⁹ iustos viros: q̄bus semp sapiētie lumē irradiat. Noctē: hoies terrenos: q̄ pctis faciētib⁹ obscurāt:
Ps.18 sicut i alio psalmo dictū est. Dies diei eructat verbū: ⁊ nox nocti idicat sciam. Sed cū dicit: Tuus est dies ⁊ tua ē nox: significat qm̄ in vtrisq; de⁹ miracula magna facit: vt ⁊ illū munere sue pietat illūinet: ⁊ istuʒ pctis emūdatū: regni sui faciat esse participem. Addidit. Tu fecisti solē ⁊ lunaʒ. Hec oia noia: p exempla magl plan⁹ exponūt. Sol: sapiētē significat. Luna: stultū: sicut scriptū est: Sapiēs pmanet sic sol: stultus Ecci.27
aūt sic luna mutat. Pulchra narratio: vt p silitudies reꝝ: oipotētis stupēda magnalia declarent. In omib⁹ tñ intelligēdū est: creatorē dn̄m solitā nimis ⁊ copiosam ostēdere pietatē. Tu fecisti omēs terminos terre: estatē ⁊ ver †tu fecisti ea. Al.plasmasti
Memor esto hui⁹ †creature tue. Al.nõ hʒ
Nō incōgrue terminos terre dicim⁹: omēs aplos ⁊ pphetas. Nā sic termini agroꝝ fines distingnūt: ita ⁊ p̄dicatores xpi vere fidei iura custodiunt. Seqt. Estatē ⁊ ver tu fecisti ea. Per hec tpa: significat fideles diuersa moꝝ q̄litate pollentes. Alij em̄ sunt tanq̄ estus: fidei calore feruētes ad martyriū vsq; pducti. Alij māsuetudie tempati tanq̄ ver: eq̄bili dn̄o deuotōe famulātes. Oia em̄ ⁊ ista ⁊ talia ipe fecit: cui⁹ grā ɔcedit qd̄ in hoim bona volūtate mōstratur. Addidit: Memor esto hui⁹ creature tue. Reddidit cām: cur enumeratio illa p̄missa sit: scʒ vt q̄ facere consueuit magna: iudeis q; delinquētibus miserat⁹ indulgeat. Et vt beniuolētiā pij dn̄i ɔuocaret: beneficia eius frequent enūerat: vt memor eē dignetur eoꝝ: q̄s creare dignat⁹ est. Inimicus improperauit dn̄o: ⁊ pplus insipiens †exacerbauit noīe tuū. Illorū Al.incitauit
v̄boꝝ meminit: q̄ supius dixit: Uenite cōpmam⁹ oēs dies festos dn̄i a terra. ⁊c. Inimic⁹ fuit vtiq; iste iudeoꝝ: q̄ talia dixit in dn̄m: vt illi videret exprobrare: cui vel ex aliq̄ pte grās agere nulla pōt creatura sufficere. Seqtur. Et pplʹs insipiēs exacerbauit nomē tuū. Insipiēs vtiq;: qui agebat indigne: vt illa patiēter audiret: q̄ debuisset oīno refugere. Et ex h̄ dn̄m ad irā ɔuocauerūt: q̄ nō p suis pctis talia sibi accidisse dixerūt: s̄ putauerūt iniustū deū: q̄ quasi nō merētibus dn̄ari pmittebat interitū. Cōsideremus igit ordinē salubrimū supplicātis: sic p culpabilib⁹ rogat: vt eoꝝ sp cōfitear

errata. Hoc si iudei fecissent mēte deuota: potuerāt gnāliter debita vitare supplicia.
Ne tradas bestijs aīas ꝯfitētes
Al.ꝯ **tibi † aīas paupeꝝ tuoꝝ ne obliui-**
scaris in finē. Asaph venit ad tertiā se-
ctionē: cui merito ꝓmissus ē itellect⁹: quā-
do sic perā ipsi supius ꝯfessus ē: vt tñ deuo
tos dño libandos eē ꝓsumat. Supplicat. n.
vir sanct⁹ qđ sciebat eē venturꝫ: vt fideliū
aīas nō tradat: ne diabolus ad sua vota ꝑ
ueniat. Erāt eñ i illo ꝑꝉo etiā tūc vasa mi-
sericordię: ex qb⁹ fuit simeon: nichodem⁹:
nathanael: de q̃ dñs testimoniū ꝑhibet di
Ioh.1 cēs: Ecce vere israelita in q̃ dol⁹ nō est: ⁊ re
liq̃ q̃ dño cordis puritate placuerūt. Besti
as eñ posuit diabolū cū ministris: q̄ꝝ capi-
ta: sic supius dixit: ꝯtriuit sup aq̃s. Sequi
tur. Et aīas paupeꝝ tuoꝝ ne obliuiscaris
in finē. De illis dicit: q̃ supbia mūdi repudia
ta: ad humilitatē se scītissimā cōtulerūt: ro-
gans vt eis dñi saluatoris bñficia nō negē
tur: ſꝫ q2 pauperes ei⁹ facti sunt: ipsius largi
tate ditescāt. **Respice in testamen-**
tū tuū: q2 repleti sunt q̃ obscurati
Al. domib⁹ **sunt terrę † domoꝝ iniquitatū.** Re-
spice dixit: vt digneris implere q̃ cognosceris
Hiere.23 ante ꝓmisisse: sic scriptū est: Ecce dies ve-
niēt dic dñs: ⁊ ꝯsūmabo domui israel: ⁊ do
mui iuda testamētū nouū: nō ſm testamē-
tum qđ disposui pr̄ib⁹ coꝝ. In illo eñ pol
licitatiōes tēpales sunt: vt fuit terra repro-
missiōis: inimicoꝝ subiectio. Talia eñ ru-
di ꝑꝉo debuit ꝯcedere: vt ad spūalia intre-
pidus potuisset ⁊ sbinde festinare. In no-
uo aūt testamento ꝓmittit imꝑturbabilis
vita: regnū cui⁹ nō erit finis: btitudo ꝑpe-
tua ⁊ dñi ꝯtēplatio glīosa. In h̄ ergo testa-
mēto respicere dicit dñm debere: vt cito er
ranti ꝑꝉo debeat ꝓfutura p̄stare. Reuera
intelligens fact⁹ ē asaph: qui talia petit vn
de tot⁹ mūdus potuisset absolui. Et vide
q̃ sapiā cūcta discurrit: q2 nō erāt bōa q̃ de
linquētes ipsi cōmemorare potuisset: meminit
ꝓmissionis dñicę q̃ semꝑ implet. Seq̄tur
alia causa miserendi: quę dicit q̄litas abso
luta: q2 repleti sunt q̃ obscurati sūt: id est:
peccatores q̃ ignorātię obscuritate demer-
si sunt: sicut ⁊ ipse ꝓ eis in cruce posit⁹ sup-
Luc.23 plicauit dicens. Pater ignosce illis: q2 ne-
sciūt qđ faciūt. Sed repetam⁹ hunc v̄suꝫ:
vt cōtextio verboꝝ facili⁹ debeat apparere.
Dixit: Respice: q2 repleti sunt q̃ obscurati
sūt. Repleti eñ fuerāt iniq̄tatib⁹: ⁊ necesse
erat vt eos sequeret obscuritas: q̃ merito
tenebris cōparant: qm̄ lumē sapientię per-
diderūt. Addidit. Terrę domoꝝ iniquita-
tū. Isti sunt terrę domoꝝ iniq̄tatū: id est
terreni de domo iniq̄tatū. Et ne forte h̄ ter
ram in bono voluisses accipe: pulchre defi
nitū est: q̄d sit corp⁹ infideliū: h̄ est: domus
iniq̄tatū: quia cūcta vitia velut quodā ho
spitio recipiūt qui malis actib⁹ polluunt.
Ne auertatur humilis factus cō-
fusus: pauꝑ ⁊ inops laudabūt no
men tuū. In loco eoꝝ q̃ offendere vide-
bant: ponit eos q̃ gratiā dñi habere ꝯsue-
uerūt: vt dilectio deuotoꝝ odiū ꝯtumaciū
temparet. Qđ argumētū nimis accōmo-
dum est: quādo ꝓ aliquo detestabili poni- Los
tur ꝑsona grosa. Cōfundi aūt: nō est humi
lis sed supbi: q̃ dei gloriā nō agnoscēs: hu-
manis meritis applicat si q̄d boni dño prę-
stante suscepit. Cōtra: humiles deū iugiter
laudant: se semꝑ accusant: intelligētes di-
uinitatis esse qđ sapiūt: ꝓpriū vtiq3 quod
delinquūt. Istos rogat nō debere ꝯfundi:
quoniā quicq̄d boni pceperint: dñi mune-
ribus intelligūt applicandū. Seq̄tur. Pau
per ⁊ inops laudabūt nomē tuuꝫ. Videa-
mus q̄ sit ista glīosa pauptas: q̄ felix pro-
betur iopia q̃ dominū etiā tacita laudat: ⁊
de patiētię suę v̄tute ꝯcelebrat. Mutus ē
si psallat supbus. Pauꝑ ⁊ inops laudāt do
minū: ⁊ cum videnť hr̄e silentiū. O inesti-
mabile bonū: si perpēdat intrinsecus: pau
per dei dicit: diues seculi nūcupat. Iste ē
regis ęterni: ille tp̄is vtiq3 fugitiui. Nō si-
bi habet q̃ foris diues est: iste poti⁹ idone-
us dicēdus est: q̃ in thesauris aię ꝓbatur
v̄tutes eximias ꝯdidisse. **Exurge † do** Al.ꝯ
mine iudica causam tuam: memor
esto improperioꝝ tuoꝝ † eorū quę Al.illi
ab insipiēte sunt tota die. Post cun-
cta q̃ dixit: nūc facit iudicis causam: vt eū
efficacius cōmoueret: cui negocij sui quali
tas intimat. Nunc ad ip̄m dñm verba cō-
uertit: expetēs vt causam suā ꝯtra illos di-
iudicet: q̃ nō desinūt ꝑuis murmurationi-
bus insonare. Iudicat eñ causam suā: dū
errātes facit manifesta cognoscere: vt cōuerſi

ꝑdicent: qͦ stultis cogitationibus abnue bant. Seqͣtur. Memor esto improperiorū tuorꝝ: illorꝝ scilicet q̄ superi⁹ dicta sunt: Iā nō est ꝓpheta: ⁊ nos nō cognoscet amplius. Adiecit. Eorꝝ q̄ ab insipiēte sunt tota die. Et h̄ de supiorib⁹ pendet: quoniam ista opprobria ab insipiētib⁹ dicta venerūt. Et ne putarent ad temp⁹ effusa: addidit: Tota die: vt ipsa cōtinuatio mā suetudinē patiētissimi iudicis incitaret. Ne obliuiscaris voces †ꝗrentium te: superbia eorꝝ qui te oderūt ascēdit semꝑ †ad te. In pmo comate miscuit iterꝝ vota fideliū: ne abyciat p̄ces eorꝝ q̄ ad ipm toto cordis affectu clamare noscūt: vt inueniāt quē ꝗrūt: ⁊ mereant certe qͦ expetūt. Sequitur. Superbia eorꝝ q̄ te oderūt ascēdit semꝑ ad te. Hoc cōgrue dictū de romanis aduersum⁹: de qbus supius ait. In medio atrio tuo posuerunt signa sua: vt 𝔷 hostes bierlm oīpotentē iudicē vehemētissime cōmoueret. Supbia est eñ: quā dñs specialiter execrat: ꝑ quā ⁊ angelus corruit: ⁊ p̄mi hominis btitudo discessit. Et ꝯsidera: q̄ꝫ prudenter acerrimū vitiū in fine positū est: vt post omia diceret qͦ memorię finib⁹ cōderet. Sic deplorāt simpliciter ⁊ prudēter: q̄ pura dño mēte deuoti sunt: sic ꝑ dolorē q̄ꝫ tuis nimiū: falli nesciūt: q̄ pijs regulis obsequūtur.

Conclusio psalmi.

c Ognouistis auditores egregij: q̄ꝫ suauia sint fidelissimis viris officia pietatis: quēadmodū nolint ꝓximos suos tristiciā sustinere: vt de futuris eorꝝ cladibus tantis lachrymis affligant. Hęc est reuera caritatis scā pfectio: p̄sentare factura sibi picula: q̄ ꝓximis formidātur esse ventura. Quid ageret iste de conspecta clade: quā futurā sic cognoscat compuncto corde voluisse? Respiciamus ergo scripturę sanctę: q̄li sibi veritate ꝯsentiāt: vt ante asaph adhuc florētē bierlm deplorauerit: quā p⁹ tot ānos hieremias peracta captiuitate defleuit. Vtrūqꝫ piū: vtrūqꝫ gloriosum: sed plus iste: nescio quo pacto misericors fuisse cogitatur: q̄ adhuc i ꝓsperis cōstitutus: amarissimo dolore noscitur esse perulsus. Quapropt cōsiderare nos cōuenit: qͦ refulgēte varietate ꝯtext⁹: mō letantiū iubilatiōe: modo penitentiū gemitu: modo institutiōe salutari: mō lamentātiū dolore: mō salutari incarnatiōe ꝑdicta: modo pollicitatiōe p̄miorū: modo terrore pęnarꝫ: modo laudibus dñicis cūct⁹ psalterij textus ornat⁹ est: vt sicut corona suauissimus conserta floribus spiramen efficit gratiosum: ita ⁊ hic liber diuersis ṽtutum fragrare sentiatur odoribus.

Explicit expositio in psalmum LXXIII

Incipit expositio in psalmum LXXIIII

In finem ne corrumpas: psalmus asaph cantici.

v Erba tituli hui⁹ nisi ordine suo cōsiderēt: obscura sūt. Asaph: sic sępe diximus: synagoga significat: id est: cōgregatio q̄ credidit: n̄ q̄ obstinata ꝑmāsit. Nā post resurrectionē dñi ꝯfessa legim⁹ multa milia iudęorꝫ: sicut inter alia testant actus apostolorꝫ. Quapropter hunc pslm asaph iste nūc admonet: ne fidē suaꝫ corrūpat in finē: id est: in dñm saluatorē: q̄ ⁊ credulitatem accipe meruit: ⁊ fructū salutis inuenit. Ista enim mūera q̄ꝫdiu nō dispgūt: manemus illesi: quādo fuerint vitiata: a cōspectu regis reddimur alieni. Psalmū canticuꝫ vero diximus eē: cū res actuales spūali cōtemplatiōe discernim⁹: qͦ totū in h̄ psalmo diligēs lector inueniet.

Diuisio.

p Rimo ingressu fideles iudęi: dicturos se omia eius mirabilia ꝯfitentur. Secundo: rex ipe loqtur iesus christ⁹ iusticiā se iudicaturꝫ ꝓmittēs: cum tps generalis resurrectiōis aduenerit. Cōmonet etiā: ne q̄s audeat aliqd ꝯtra diuia mādata presumere: ⁊ eum possit eterna pęna torquere.

Expositio psalmi.

c Onfitebimur tibi deus cōfitebimur †tibi: ⁊ inuocabimus nomē tuū. †Narrabo †omnia mirabilia tua. In h̄ vno versu ꝑ ordinē regula sanctę deuotiōis exponit. Nam ipse ille iudaic⁹: q̄ erat christo domino creditur⁹: quē titulus monet: Ne corrūpas in finē: erūpit in vocē: ⁊ in cōfessionē suā deuotissime pollicet. Cōfiteri est: sicut sępe diximus: multorꝫ consatiōe aliqd ꝓfiteri. Nā ⁊ si vn⁹ ꝯfessus dicat: alijs iā i fide p̄cedētibus vel sbsequētibus cogitatur esse sociatus. Seqtur iterꝫ. Cōfitebimur tibi. Soliditatē ꝓmissiōis repetitio ipsa te- Al. nō hꝫ Al. Narrabimus Al. nō hꝫ

statur: nunq̄ trāsitorie ponitur nisi vbi
Ps.56 mētis firmitas indicat̄: sicut est illud: Para-
tum cor meum deus: paratum cor meum.
et his similia. Tibi dictum est: vt aliorum
cultura negaret̄: q̄ illa ē vera deuotio: q̄ so-
lū iustissime veneraret̄ auctorē. Et illud īspi-
ciam⁹: qm̄ mortē plerūq̄ gnāt vel semel ter-
reno iudici crimia ↄfiteri: deo aūt frequen-
tata ↄfessio nō parturit periculū s; salutē.
Pulcherrim⁹ currit ordo verbor̄. Pri⁹ se di-
cit ↄfiteri: id est: pctā deflere: postea īuoca-
re nomē dn̄i. Sic em̄ dignū est: vt ipsi⁹ mu
nere p̄us corda nr̄a cōfessione purgem⁹: et
sic ad auxiliū suscipiendū nomē dn̄i inuo-
care debeam⁹. Nā ad q̊s venire poterit: ni
si q̊s iam ↄprios eē cognoscet? Q̄d si eū inuo
cet indeuot⁹: iudiciū sibi videt̄ postulare n̄
veniā. Premittēda sūt g̊ talia: vt ↄfidēter
diuinā possim⁹ inuocare clementiā. Adie-
cit: Narrabo oīa mirabilia tua. Cū sup̄ius
plurali nūero dixerit: Cōfitebimur: h̄ sin-
gulari dic̄: Narrabo: q̄ ꝓso dei vtrunq̄ cō
uenit: et singulariter dicere: et de pluralita-
te sentire. Sed ista narratio: vox introdu-
cta est fideliū: q̄ nō meret̄ magnalia diuīa
reuoluere: nisi q̄ se cognoscūt pura deuotōne
deo seruire. Sic em̄ in alio psalmo legitur:
Ps.49 Peccatori aūt dixit de⁹: q̄re tu enarras iu-
sticias meas? et c̄. Sed q̊s possit oīa mirabi
lia sup̄na narrare: nisi ille q̄ sanctā trinita-
tē breuit̄ rex oīm ↄfitet̄ auctorē: et indiui-
duę volūtati ei⁹ applicat: q̄cquid in celo et i
terra ineffabili administratione pagit̄? Cum
al. iusticias accepero tp̄us: ego iusticia iudica-
bo. Mutatio ꝑsonę fec̄ nob̄ alterā partē.
Sed hinc dat̄ itelligi: quēadmodū asaph
p̄mo v̄su ꝑfectę religiōis regulā cōprehen-
dit: vt tā cito mereret̄ audiri. Loq̄t̄ em̄ do
min⁹ xp̄s: Cū accepo tp̄s dic̄: ꝑ id q̄d fact⁹
Joh.5 est hō: sic ait ī euāgelio: Dedit ei ptātē iu-
diciū facē qm̄ fili⁹ hoīs est. A natura vero
Jbidē.16 deitatis audi q̄d dicat: Oīa q̄ habet pr̄ mea
sunt: et mea p̄ris sūt. Sed et illa natura q̄ ac
cipit et illa q̄ dat: vn⁹ est dn̄s xp̄us: sic dicit
j.Cor.8 apl̄s. Et vn⁹ dn̄s iesus xp̄s: ꝑ quē omia: et
nos ꝑ ip̄m. Seq̄t̄. Ego iusticiā iudicabo:
vt cōpuncta corda mortaliū ante tp̄s iudi-
cij in h̄ se mūdo studiosi⁹ ꝑcarent̄ absolui:
ne veniētes ī futura illa disceptatiōe īopi-
natā iudicis sniā sustinerēt. Liq̄facta ē
terra et oēs habitātes in ea: ego cō
firmaui colūnas eius. Dicit dn̄s aūt
aduentū suū: terrā eē gen⁹ hūanū: q̄d ab il
la soliditate v̄itatis in pctōr̄ labe resolutū
ē: q̄ppe q̄ derelicto auctore nefandis idolis
fuiebat. Sed quēadmodū salutari incar-
natōne s̄uenerit terrę liq̄factę: subseq̄tur:
Ego ↄfirmaui colūnas ei⁹. Colūnas aplos
debem⁹ accipe: q̄ ↄfirmati sūt resurrectiōe:
cū in dn̄i passiōe nutauerūt. Nā et ip̄e eos
ↄfirmauit: qn̄ petro aplo dixit: Petre q̄n-
ens expetiuit vos sathanas vt cribraret sī
cut triticū: et ego rogaui ꝑ te ne deficeret
fides tua: et tu aliq̄n ↄūsus ↄfirma frēs tu-
os. Et respice v̄bor̄ aptissimā ↄueratem.
Liq̄factę em̄ terrę: cōfirmatę colūnę meri-
to subuenire potuerūt. Colūnis em̄ meri-
to apl̄i cōparāt̄: q̄ terrena vitia ī imo dep̄-
mūt: et sup̄nę v̄tutes ad grām regni celestis
extollūt. Dixi iniquis nolite iīque
agere: et delinquētib⁹ nolite exalta
re cornu. Hoc est q̄d superius dixit: Ego
ↄfirmaui colūnas ei⁹. Dixit em̄ ꝑ ꝓphetas
atq̄ apl̄os: monita noui et veteris testamē
ti: ne scelerati male agerēt: s; ad dn̄m cito
se hūili satisfactōe ↄūterēt. Pi⁹ reuera me-
dic⁹ obseruātiā salubritatis dedit: ne vsq̄
ad morbos noxios hūana infirmitas pue
niret. Seq̄t̄. Et delinq̄ntib⁹ nolite exalta-
re cornu. Subaudiēdū ē et hic q̄ : dixi. S;
p̄us iniq̊s ait: vt oīa pctā cōcluderet: Nūc
venit ad maximū vitiū excusatiōis: q̄ val-
de laborat hūanitas: vt cū se q̊s non patit̄
dicere culpabilē: ad excusandas excusatio
nes in pctis: ꝑegrinas q̄scunq̄ sibi causas
excogitet in suo delicto: mō diabolū argu-
ens: mō suasoris v̄ba dilacerās: q̄ cornu su
um videt̄ erigere: q̄ pctm̄ ꝓpriū ꝑ alias ni
tit̄ excusare. Quapropt̄ tales ad veniā re-
dire nō p̄nt: q̄ ↄfessiōis remedia ꝑdiderūt.
Nolite extollere i altū cornu ve-
strū: nolite loq̄ aduersus deū iniq̄-
tatem. Repetita ↄtestatio formidinē ma-
gnę vltiōis ostēdit: q̄ semꝑ grauius vindicat̄
q̄d iterata iussiōe ꝑcipit̄. Nā cū dic̄: Noli-
te extollere in altū cornu v̄rm: suadet vt a
blasphema cogitatiōe cesset̄: qm̄ ille in al-
tū erigit cornu q̄ ↄ̄ deū ↄcepta iniq̄tate re-
murmurat. Nā vide q̄d seq̄t̄: Nolite loqui
adūsus deū iniq̄tatē. Adhuc ī excusatiōis

curando vitio ꝑseuerat. Loqꝛ eñ ꝯ deum
iniq̄tatem: qñ aliq̄s sic estimat ꝯstitutũ vt
peccã minime declinare potuisset: dicẽs: non
culpa sua: ſ necessitate stellaꝝ ad aliq̄d se
flagitiũ ꝑuenisse: vt h̄ magꝰ imputet ꝯditori: q̄d ꝓpria volũtate peccauit. Sed q̄nto
veraciꝰ q̄ntoq̄ȝ vtiliꝰ: vt suũ ꝯfiteaꝛ scelus
q̄ cũ nefariũ ꝑpetraret facinꝰ vt liberareꝛ a
crimine: inuocare neglexit oĩm redemptorem. Quia neq̄ȝ ab oriẽte neq̄ȝ ab
occidente: neq̄ȝ a desertis montibus. Versus iste aliq̄d expetit ſbaudiẽdũ:
vt eius nob lucida possit apparere sñia. Dicit eñ: Quia neq̄ȝ ab oriẽte neq̄ȝ ab occidẽte: neq̄ȝ a desertis mõtibꝰ: addendũ: deest
dñs: vt te nõ possit agnoscere cũ eum totũ
Sap.i vbiq̄ȝ cõstet esse p̄sentẽ: sic alibi legiꝛ: Spi-
ritus dñi repleuit orbẽ terraꝝ. Que figura
in secularibꝰ lr̄is diciꝛ Eclipsis: id est: defectus: q̄tiẽs pleno itellectui v̄ba aliq̄ ſbtrahũtur. Sed h̄ factũ est: nõ indigẽtia ſmonis: ſ vt studiosiꝰ q̄raꝛ q̄d fuerit necessaria
taciturnitate suppressum. Quapropꝛ desinãt blasphemi sacrilega v̄ba cogitare: qñ
se videt ꝓfiteꝛ esse p̄sentem: cui subiacet
oĩa sub veritate cog̃scere. Et ne aliq̄s miret in cõplexiõe mũdi duas tm̃ ꝑtes positas fuisse: h̄ meliꝰ spũaliter si possumꝰ exponamꝰ. Oriẽtẽ: ponamꝰ hoies iã diuina
claritate cõspicuos. Occidentẽ: pctõres q̄bus adhuc lumẽ v̄itatis abscõdiꝛ. Desertos mõtes: falsos p̄dicatores forsitã debemus adũtere: q̄ licet mõtiũ: id est: p̄dicantium sibi vsurpẽt locũ: tñ v̄itate deserti sũt:
sic sunt oẽs heretici vł pagani. Ergo cũ oibus generibꝰ hoim deꝰ ꝑsis ⁊ cognitor esse
mõstreꝛ: nihil tale quisq̄ȝ debet p̄sumere:
q̄d eũ possit in illa iudicatione damnare.
Qm̃ deus iudex ẽ. Hũc hũiliat
⁊ hunc exaltat. Ecce oĩs q̄stio de medio
ꝓphana ſblata est: Qm̃ deus iudex ẽ. Et
cuȝ sit iudex: iustũ illũ esse nõ dubiũ ẽ. Iudex eñ dum diciꝛ: eq̄ssimꝰ sine dubitatione sentiꝛ. Et vt h̄ in isto verbo declareꝛ inclusum: causa reddiꝛ sincera iudicij. Hunc
hũiliat ⁊ hũc exaltat. Hũiliat vtiq̄ȝ supbũ:
exaltat humilẽ: q̄ ille i se: iste ꝯfidit in dño
Luc.14 Sic ⁊ in euangelio legiꝛ: Omnis q̄ se exaltat hũiliabiꝛ: ⁊ q̄ se hũiliat exaltabiꝛ. Vides q̄ iustũ iudicẽ: cõgruã ꝑtibꝰ ꝓferre sententiã. Quia calix in manu dñi vini
meri plenꝰ est mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc. Sepe diximꝰ calicem Al. nõ hꝫ
mẽsurã eẽ potabilẽ: q̄ egra sitī corpa reparanꝛ: dictus a calida potiõe qua frequẽter P̄ ET
vtimur cõbibẽtes. Ita lex dñi pulchre calix diciꝛ: q̄ ambienꝛ ebibita atq̄ȝ recondita
aĩabus p̄stat suauissimã sospitatẽ. Sequitur. Vini meri plenꝰ est mixto. Vinũ i diuinis scripturꝭ significat celeste mysteriũ:
sicut in illis hydrys factũ ẽ: q̄ dñs aq̄ fecit
ipleri: vt latices fõtiũ rube[illegible] vini mutata
q̄litate susciperent: quẽ natura non habuit.
Vñ beatus ambrosiꝰ i hymno scẽ epiphanie: mirabilr̄ declamauit splẽdidissima luce v̄boꝝ. Q̄d autẽ dixit: Meri: sinceritatẽ designat: q̄d semꝑ puꝝ: sꝑ ẽ limpidũ. Naȝ
refectos hoies ad gl̄iam v̄tutꝭ: nõ ad vitiũ
ebrietatꝭ adducit: sic in alio psalmo dic. Et Ps.22
poculũ meũ inebriãs q̄ȝ p̄claꝝ est. Plenus
est mixto: vtiq̄ȝ dñi calix. Vñ q̄uis iugiꝛ
bibaꝛ: nũq̄ȝ tñ expẽdiꝛ. Q̄d aũt dixit: Mixto: nouũ vetusq̄ȝ significat testamentũ: q̄
vtraq̄ȝ ꝑmixta aĩaꝝ efficiũt saluberrimam
potionẽ. Iudei eñ vinũ biberũt: ſ nõ mixtũ: q̄ noui testamẽti noluerꝛ recipe sospitatẽ. Itẽq̄ȝ manichei nõ biberũt mixtũ vinũ: q̄ nouũ testamẽtũ ex ꝑte recipiẽtes: veteris legꝭ sacra ausu temerario respuerũt.
Addidit: Et inclinauit ex h̄ in h̄. Hic duos
p̄plos absolute significat: iudeoꝝ scꝫ ⁊ gẽtium: qm̃ ex ore tulit nõ credẽtium iudeoꝝ:
q̄d potãdũ ꝯũsis p̄plis gentiuȝ inclinauit.
Felix ⁊ secura refectio: ab illo calicẽ salutis
accipe: q̄ semꝑ nouit ꝓfutura prestare. Hic PP
modus locutiõis ꝓprius est in lr̄is sacris:
qm̃ in scripturis secularibꝰ vt arbitror vix
ꝑualet inueniri. Verũtamẽ fex eiꝰ nõ
est exinanita: bibẽt ex ea omẽs pec Al. nõ hꝫ
catores terre. Feces diciꝛ: reliquie vini
cõsidentes in densissimã crassitudineȝ: ad
quas solet ꝑuenire quãdo liq̄r ille superior
ꝓbatur expensus. Sed q̄ anterius plenũ
calicem diximꝰ: iuste hic negauit fecẽ eius
exinanitã: ad quaȝ ꝑuenire nõ potuit: qm̃
cunctis potantibꝰ eius plenitudo nõ deficit. Feces eñ hic non sordes: sed ima illa
atq̄ȝ vltima vini debemꝰ accipere. Nã quo
modo feces habere potuit: q̄d meruȝ atq̄ȝ
putum ante declarauit? Sed vt ad istam

fecē cognosceres minime fuisse puentū: redit ad poculū plenum dicēs: Bibent ex eo omēs pctōres terre. Hic significat qđ sepe diximꝰ: iudeos ī fine seculi: cū alijs pctōribus de isto calice bibituros: quādo credere meruerint: seqꝫ eccl'ie catholice adunata fide cōiunxerint. Omēs eñ ad illā partem pertinēt: q̄ credere dño ꝓstante meruerint. Multi eñ pctōꝝ in sua obstinatione mansuri sunt. **Ego autē in secula gaudebo: cantabo deo iacob.** Gaudebo ꝛ cantabo: christꝰ dicit de mēbris suis: qui gaudet dū ab eis gaudet: q cantat deo iacob dū psalmodiā dic eccl'ia. Quecūqꝫ enī mēbra bñ gerūt: hec sicut sepe dictū ē: capiti rōnabiliter applicant. **Et omīa cornua peccatoꝝ confringam: ꝛ exaltabunt cornua iusti.** Ecce vox iudicis: ecce vox oipotentis insonuit. Nam q ante psallebat in mēbris suis: mō cōfringit cornua pctōꝝ. In illa qppe iudicatiōe ōis potestas hūiliabit impioꝝ: ꝛ ɔfracta disperetunt q̄ hic magnis sblimitatibꝰ erigūt. Respiciant ꝙ superbi: ꝙ sit hic turpe mutilū pecꝰ: ꝛ erubescant se inde ꝓferre: vñ futura illis deformitas cognoscit imminere. Seq̄t. Et exaltabūt cornua iusti. Que figura dicit Catachresis: id est: abusio: q̄tiens aliena rex noia nō hñtibus cōmodant. Cornua eñ iusti: munera sunt futuri iudicij: q̄ reuera firmit erigūt: quoniā in eterna pulchritudine pmanebūt. Peccatoꝝ hic cornua videmꝰ: q̄ ibi nō erunt: iustoꝝ hic non cernimꝰ: q̄ ibi ppetuo munere ɔcedunt. O hūilitas eximie decoranda: que hic cernerꝭ destituta. Quod maius preciū habere poterit decus tuū: ꝙ vt ille eaꝫ hic assumpserit: de quo cuncta beatitudo sine fine gaudebit.

Al'. ānūciabo in seculū

Sche

Conclusio psalmi.

a Vdiuimꝰ ṽba domini: nō de altitudine celi: sed de sancta scriptura psalterij: cui tāto libentius parcamus: ꝙto nos cōiter monuisse dignatꝰ est. Naꝫ cum dñs moysi locutꝰ est: fulgura micuerūt: ɔcrepuerūt tonitrua: mōs ꝙ synatꝰ fumauit: cūctos terror mortꝭ inuasit: ꝛ vitale mandatum sic puenit ad ipsos: vt magno se putarēt discrimine pituros. En bñficia dñi saluatoris: si intelligātur iugit admirāda: linguā ipsius q̄tidie gestamus in manibus. Volūtas dñica patet nobis litteris cōprehensa diuinis: ꝛ p corpalē ꝓstat aspectū: vt intꝰ cordis oculus salutarit instruat. Nūqꝫ tacet: si eū ī scripturꝭ suis ɔsulere festinemꝰ. Semp ad salutaria missa paratꝰ est: nec absens aliq̄ñ reddit si eū puris mētibꝰ appetamꝰ. Quapropt abijciamꝰ vt psalmꝰ monet supbiā: q̄ sceleratos ab ipso diuidit: amemꝰ hūilitatē q̄ sctōs illi celesti caritate coniungit.

Exo. 19

Explicit expositio in psalmum LXXIIII

Incipit expositio in psalmum LXXV

In finē in laudibus psalmꝰ asaph canticum ad assyrios.

o Mnia ṽba huiꝰ titli: ex ꝓcedētibꝰ expositionibꝰ debēt eē notissima. Restat ꝙ qđ nouū intulit: ad assyrios explanare. Assyrij: dirigētes interptātur: q iam fidei regulis docti: rectis semitꝭ ambulare ɔtendūt. Hos alloq̄t asaph laudes dñi mirabili varietate decantans.

a Saph: cuiꝰ vocabulū interptari diximꝰ synagogā. In pma pte dirigētes: id est: fideles alloq̄t iudeos: designās vbi nomē dñi factū sit ṽtutū declaratione notissimū. Scda pte: dic admirāda q̄ gesserit. Tertia: oēs deuotos admonet: vt deo terribili mūera offerre nō desināt: q spm pncipū salutari emendatione purificat. Que ptes: diapsalmatū sunt interpositione diuise.

Dinisio.

Expositio.

n **Otꝰ ī iudea deꝰ: in isrl' magnū nomē eiꝰ.** Pōt h ṽsus nōnullaꝫ facē q̄stionē: cur dictū sit ī iudea notū deū: vbi magꝭ christū dñm ɔstat eē crucifixū. Sed qđ sit iudea: debemꝰ inq̄rere: vt nob possit ṽitas snie relucere. Cuius etem̄ in duodecim tribubꝰ: iudeoꝝ fuerit populꝰ distributꝰ: a iuda tñ filio iacob: iudeos ɔstat esse vocitatos: ex cuiꝰ genere reges sibi diuina dispēsatiōe creauerūt: vt vena illa regalis origine carnis puenirēt vsqꝫ ad pncipis celestis aduētū. Quapropter iudeā: verā christi ɔstat eē eccl'iaꝫ. Judea eñ ɔfitens interptat: credēs in illū regeꝫ: q p virginē mariā venit ex tribu iuda. Nam illi iudei ꝓprie nō dicunt: q sea christo: id est: a iude genere extraneos reddiderūt: vnde eis nomē cōstat impositū. Ipsi eñ in dñi traditiōe dixerūt: Nos regē non

habem⁹ nisi cesarē. Unde ꝙ iudei ꝯaciter
dicaꝑñt:q nō regē christū:ꝫ cesarem se hr̃e
ꝓfessi sūt. Seqr̃. In isrl̃ magnū nomē ei⁹.
Rp̃ Israel interp̄tari diximus:vir vidēs deum.
Et quō sibi istud nomē rōnabiliter vendi-
care pñt:q deū nō agnoscētes tanq̄ homi
nē crucifigere decreuerūt. Sicut dicit apo-
j.Cor.2 stolus: Si cognouissent nūq̄ dñm glie cruci-
fixissent. Amiserūt ꝙ ꝛ istud nomē:q maie-
stati eius neq̄ credere voluerūt. Miserri
mi hoim:q cū munerib⁹ sacris simul ꝛ no-
mina pdiderūt. Ad illos ꝙ vt diximus:hic
psalm⁹ loquitur:q vero lumie radiati a ꝑfi-
doꝝ iniqtate discreti sunt. Quibus reuera
magnū nomē est dñi:qui eū puro corde ꝯfi
tenẽ regem regū:ꝛ dñm dñantiū. **Et fa
ctus est in pace locus eius:ꝛ habi
tatio eius in syon.** Mirabilis breuisq̄
snia:quādo locū dñi pacē esse ꝓfessus est:
qr nescit in alio reqescere:nisi qui se nouit
dño ꝑstante tranqlla cōuersatōe tractare:
sicut scriptū est. Sup quē reqescat spūs me
us:nisi sup humilē ꝛ qetū ꝛ tremētem ꝟba
mea. Sed ille pacē ꝓbaẽ hr̃e cum dño:qui
aduersum mādata ei⁹:ꝯria volūtate nō li-
tigat:q sequtur iussa dñantis:ꝛ ad omē ꝑce
ptum diuinū suū flectit arbitriū. Pax eni
vera est:concordiā habere cum morib⁹ ꝓ-
bis:ꝛ litigare cum vitijs. Inspiciēdū quo-
q̄:q locum domio dedit:qui loco nō clau-
ditur. Sed cum vbiq̄ sit tot⁹:nec aliqbus
spacijs ambiaẽ:localiter tamē inesse diciẽ:
qbus ꝓpitius adesse dignaẽ. Seqtur. Et
Rp̃ habitatio ei⁹ in syon. Syon:sicut sepe dixi
mus:mōs est hierosolymis ꝯstitut⁹:cui no
mis interp̄tatio est speculatio:ꝑ quā deus
fideliū corde ꝓspiciẽ. Nā cum se oculis car
nalibus deitas reuerēda nō pandat:cogi-
tationi tñ purissime:se diuinitas sūma nō
denegat. Ex ipa eñ videtur parte:vñ eius
portam⁹ imaginē. Nā ꝛ ipse mōs fit syon:
qui eum meruerit sincera mēte cōspicere.
In illo ꝙ habitat a quo ꝓbaẽ intelligi:mi-
roq̄ mō in sctis tantū mētib⁹ reqescere du
ciẽ q oēm locū spaciosa largitate cōplecti-
[illegible] tur. **Ibi ɔfregit cornua arcuū:scu
tū gladiū ꝛ bellū.** Ibi: in illa pace scili
cet: ꝛ in illa cōtemplatōne deitatis quam
supius dixit. Nam vbi dñs pacis habita-
re dignaẽ:ista franguntẽ:nec pñt talia ꝑua
lere:nisi vbi se humana concertatio ꝓhibeẽ
accendere. Cornua arcuū:significant mali
ciam superboꝝ: ex qbus veniūt innoxijs
vulnera:ꝛ nefanda discrimina. Scutū hic
accipiendū est:ad ɔcertatiōes iniqssimas:
ꝛ diabolica fraude ꝑsumptas. Gladius:ad
periculosa atq̄ manifesta vulnera. Postre
mū intulit:bellū: quod absolute paci mō-
stratur esse cōtrariū. Hec omnia notum est
cōfracta atq̄ minuta discedere:vbi venire
certum est pacis auctorem. Que figura di- Sche
citur Energia:id est:imaginatio:q̄ actum
rei incorporeis oculis subministrat. **Il-
luminans tu mirabiliter a monti-
bus eternis.** Uenit ad secūdam partē:
vbi diuersa dñi miracula cōsequēter expo-
nit. Et ne q̄rereẽ ista illuminatio vnde ꝓ-
uenire potuisset:addidit: A mōtibus eter-
nis:id est: ꝑdicatorib⁹:q vere mōtes eter-
ni sunt:quia perpetua ꝛ incōmutabili sub
limitate cōsistūt. Terreni eni montes:tem
porales ꝛ inaiati sunt:illi munere dñi sem-
per sapiētes norūt esse ꝑpetui. Et pulchre
veritatl ordinē custodiuit. Illuminare di-
xit dñm ꝑ mōtes eternos: qr ipse ꝓphetis
atq̄ aplis dedit qḋ ꝑ totū mundū ꝑdicati-
one sctā vulgatū est. Et memoria recōde:
quia ꝑ hoc epitheton eternis: veros ꝑdica
tores a falsis seqstrauit hereticis. Illi enī
eterni dici nō possunt:qui peruersitatis ca
duca docētes cum suis dogmatib⁹ abolen
tur. **Turbati sunt omnes insipiētes
corde. Dormierūt somnū suū:
ꝛ nihil inuenerūt oēs viri diuitia-
rum in manib⁹ suis.** Superi⁹ dixit:fi-
deles a dño illuminatos esse ꝑ mōtes:nūc
insipiētes corde turbatos posuit atq̄ con-
fusos. Nō imerito:qm̄ de ꝑdicatōib⁹ sctis
vñ illūinati sūt iusti:insipiētes inde turba
ti sūt:ꝛ recedētes a ꝟo lumie tenebrosa mū
di desideria sūt secuti. Isti dormierūt vigi
lātes:somnūq̄ in bonis actib⁹ habuerūt:
qui confusis semp turbabāẽ errorib⁹. Bñ
aūt somnū appellauit infideliū vitā:qr vi-
gilare nō est: ꝓfutura negligere: ꝛ caduca
ꝑqrere. Et bñ addidit: Suū: vt eos a bōꝝ
qete discerneret. Nā iste somn⁹ fallax atq̄
deceptor est: vt modo se gaudeāt diuitias
acqsisse:modo nobilissimo ɔiugio copula-
tos:mō clarl honorib⁹ fuisse sbuectos. Sȝ

vide q̄lis eos ꝯfusio subseq̄tur. Et nihil inuenerūt viri diuitiaꝝ in manibꝰ suis: vt soli hoīm ꝑdant: qd̄ nūnē possederūt: fiatq̄ illis in amissione lucrꝰ: q̄ nō habuert fruēdo leticiam. Et intende quemadmodum auaros designat atq̄ definit. Dicē eñ: viri diuitiaꝝ: scʒ q̄ pecunijs suis captiua mēte defuiūt. Seq̄r pulchra Emphasis: vt adhuc ī manibꝰ suis q̄rāt: cū se nihil tenuisse coḡscant. Emphasis q̄ppe est: exaggeratio duplex. Una q̄ plus significat q̄ḋ dic̄. Altera q̄ demōstrat etiā id qd̄ nō dicit. Sed h̄ illa ps eiꝰ ē: q̄ significat etiā qd̄ nō dic̄. Nā ponēdo viros diuitiaꝝ: totiꝰ mūdi desideria eos habuisse designat: vt ꝑ similitudinem somni diuisa desiderij sui ꝑceptione luderētur.

Sche

Ab increpatōne tua deus iacob: dormitauerūt qui ascenderūt equos. Cum soleat increpatio strenuos viros cautos atq̄ vigilātes efficere: h̄ ab increpatiōe domini q̄ est deꝰ iacob dormitasse dicit incredulos: vtiq̄ q̄ scā monita negliḡēter atq̄ stupidis mētibꝰ audierūt. Sed q̄ sint isti q̄ dormitauerint: ꝯsequēter exponit. Qui ascēderūt equos: id est: qui ī suꝑbiā crescētes q̄si equis currentibꝰ mundi istiꝰ illecebras ꝑuagant̄. Et si cām tante p̄cipitatiōis excutias: feruor ille dormitat: festiatio stertit: actꝰq̄ ipe tā p̄ceps somno sepultꝰ ē. Talis fuit ille pharao: q̄ ascēdēs currꝰ atq̄ equos: increpatōes dn̄i obstinata mēte ꝯtempsit: ⁊ dormitādo ꝑuenit ad ęternū somnū: vbi nulla requies inuenitur.

Al.er
Al.nō hʒ

Tu terribilis es ⁊ quis resistet tibi †tunc† ab ira tua? Paulo attētius intueamur: quid versus iste ꝓnūciet. Superius dixit increpare dominuʒ eos q̄ ascendunt equos: id est: qui ad suꝑbiaʒ ꝓsiliūt. In illa autē iudicatione cunctis dicit esse terribilē: quādo in glīa maiestatis suę veniens suꝑbos addixerit: ⁊ humilibꝰ corde ꝑpetuam cōtulerit dignitatē. Hic eñ multi resistunt preceptis eiꝰ: quādo illa magis spetūt: qui ipius monit̄ inhibēt̄. Tūc autem quis resistet tibi? Hoc negatiue legendum est: quia nemo ibi pōt improboꝝ resistere: vbi cognoscūt dominū omīa scelerata damnare. Tūc enim dicit: id est: tempore iudicij: q̄ etiam dies irę dicit̄ ⁊ furor̄: quia nihil vlteriꝰ ꝑ patientiā dissimulabit̄: quādo iam in īpios vindicat̄.

De celo †iudiciū iaculatus ē: terra tremuit ⁊ quieuit. Hic x̄tus ipā iudicatōis exponit̄: q̄ de illa sūmitate potentię: sic descendit iudicium tanq̄ fortissima certaq̄ manu iaculū destinatū. Sed lancea ista plagā efficit tempalem: illud autem iudicium impios ęterno vulnere sauciabit. Sequitur. Terra tremuit ⁊ quieuit. Terra: sicut sępe dictum est: hic significat corpulentos grauissimos peccatores: qui diuinę sententię auctoritate dānandi sunt. Hi tremefiunt: cum audierint: Ite in ignē ęternum. Quiescūt: cum in ꝑpetua dānatione recipiuntur. Sed quies ista: sine requie est. Quiescūt enim a malis opibus: sed in supplicio non quiescunt: quippe qui ęterna flamma cruciādi sūt.

Cū exurgeret in iudicium deꝰ: vt saluos faceret oēs †quietos terrę. Versus iste ad supiora iūgēdus ē. Dic̄ eñ: Terra tremuit ⁊ q̄euit: cum exurgeret ī iudiciū deꝰ. Bn̄ āt dr̄: exurgē in iudicio suo: qm̄ h̄ q̄etꝰ oīa ꝑtulit cū iudicatus ē xp̄s: q̄uis ⁊ ibi cūcta sb̄ tranq̄llitate dijudicet. Sʒ exurge: tractū ē a iudicibus mūdi: q̄ q̄ñ aliq̄d districta seueritate cēsuerint: dicūt̄ exurgē: q̄ cōmoti vidēt̄ cōmissa crimina vindicare. Et ne iudiciū illud ad solā dānationē maloꝝ crederes eē faciendū: addidit: Ut saluos faceret oēs q̄etos terrę. Quieti terrę sūt: q̄ null̄ vitijs mundi huiꝰ inflāmata volūtate rapiūt̄: s̄ ęq̄bili se moderamine tractātes: sicut supius dictū ē: pacē mēt̄ ꝓbāt̄ h̄re trāquillā. Hi salui fiunt: cuʒ dono dn̄i p̄mia ꝓmissa recipiunt.

†Quia cogitatio hoīs ꝯfitebit̄ tibi: ⁊ reliq̄e †cogitationū diē festum agēt tibi. Uenit ad tertiā ptē: monēs vt q̄ solus ē dn̄s cui festiuitas sūma debeat̄: reddāt vota deo terribili: q̄ supbiā p̄napū ꝯūtere pōt ad hūilimā sanctitatē. Cogitatio x̄o nr̄a: p̄mū ꝯsitet̄ deo: q̄si pctā p̄terita humili satisfactione damnauerit. Sed q̄a fragilitas hūana semper debet lugere qd̄ peccat: addidit: Et reliquię cogitationum diem festuʒ agēt tibi. Reliq̄ę cogitationū sunt post effusas lachrymas: ⁊ assiduaʒ cōtritionem cordis: pręteritoꝝ criminū recordata pnicies. Hic domīo aget diē festū: q̄si se ab illo interitu pctōꝝ sentit eē liberatū.

hinc ē qd hebrei emūdati sordib⁹ pctoꝝ:
festiuū mun⁹ dño uberī offerre: qđ ꝛ quīq̄-
gesim⁹ psalm⁹ mihi videt̄ tangē. Nā cum
Ps.50 dic: Vsq̄quaq̄ laua me ab iusticia mea:
ꝛ a delicto meo mūda me: p̄teriti tp̄is p̄ni-
ties metu vēturi iudicij dño ꝯfitetur. Vis
etiā audire: a gentē ꝑpħam in spū diez fe-
stū: post multa ꝯseqt̄ur. Tūc acceptab̄ sa-
crificiū iusticię oblatiōes ꝛ holocausta: tūc
īponā sup altare tuū vitulos. Sic btā ger-
māitas psalmoꝝ: mutua sibi v̄itate ꝯsētit.

Vouete ꝛ reddite dño deo vr̄o:
oēs qui in circuitu ei⁹ offert̄ mu-
Iob 35 nera† terribili. Cū oīa p̄cepta dñi nos
īplere ꝯueniat: sitq̄ nob necesse vocē eius
iussiōis audire: h̄ admonet ꝛ asaph vt pri-
mū vouere: postea reddere debeam⁹. Nō
īmerito: q2 sūt multa q̄ etiā nō ꝑmittētes
Exo.20 debeam⁹ exoluere: vt ē illud: Nō occides:
nō mechaberis: nō furtū facies. ꝛ cęta deli
cta q̄ vetamur efficere. Alia sunt q̄ nisi vo-
ueam⁹ īplere nulla lege ꝯstringimur: vt v̄-
ginitatē fuare: heremū petere: ꝛ q̄tidiana
nos maceratiōe ieiunijs ꝯstringere. Talia
q̄ inuitat ꝑmitti: q̄ nisi polliceamur oīmo-
dis nō debem⁹. Licet eīm ꝛ ꝯiugiū q̄rere: ꝛ
in sctā eccłia cō morari: ꝛ cōpetēti refectiōe
gaudere: s̄ tū his meliora cū ꝑmissa fuerit:
I Cor.7 iubet esse reddēda: sic dic aplš: Qui matri
monio iūgit v̄ginē suā bene fac: ꝛ q̄ nō iū-
git meli⁹ facit. Addidit: Deo vr̄o: vt signi-
ficet fideles: q̄ cultura sanctę trinitat̄ exul
tant. Seq̄tur. Omēs q̄ in circūitu eius of-
fert̄ mūera. Isti sūt oēs q̄bus dixit: Voue
te ꝛ reddite: nō hęretic̄ vtiq̄ nec paganis:
s̄ eis q̄ altari eius munera reddere catholi
ca institutiōe festināt. In circūitu q̄ppe res
agit̄: cū mūera fideliū sacratissimis altari-
bus offerūt̄. Nā qđ ait: Terribili: specialit̄
respicit ad deuotos: q̄bus etiā suauis esse
Ps.2 dinoscit̄: sic legit̄: Seruite dño i timore: et
exultate ei cū tremore. Nā p̄uis ꝛ ꝯtēptori
bus: terribilis nō ē. Nā si dñm metuerēt:
vtiq̄ honesta se conuersatione tractarent.
Terribili †Et ei qui aufert spiritum: princi-
pū: terribili apud reges terre. Ad-
huc magnificentiam dñi fidelis predicator
exponit. Dicit eīm vouendū illi terribili: q̄
aufert spm̄ p̄ncipū: id est: sup̄bię vel tumo
ris. Et vt ꝯuersos deberes adūtere: itulit:
Apud reges terrę: vtiq̄ q̄ corpus suū rege
re ac moderari dñi munere meruerūt. Hic
eīm sup̄bię spū vacuatos reges itelligam⁹:
nō p̄tāte p̄tumētes: q2 magl̄ in ista p̄e mi-
raculū est: qđ sup̄bia tumidi nō sūt puni-
ti: s̄ poti⁹ indulta ꝯuersione liberati.

Conclusio.

Ecce ille asaph q̄ i titulo dict⁹ est cōmonere dingen-
tes: vsq̄ ad dñi christi sacra perue-
nit: terribilē regib⁹ ꝑnūcians: quē crucifi-
gendū hebręoꝝ clamauit insania. Qua-
propt̄ intelligite p̄tinaces: q2 dingētes nō
estis: s̄ poti⁹ errātes: q̄ audire noluistis tā
saluberrimū p̄ cūcta monitorē. Et iō dispsi
p̄ aliena regna viuit̄: sacrificia nō habet̄:
q̄ sceptꝝ noluistis patrioticū diligere s̄ ro-
manū. Nā dū ꝯfitētes: latino s̄mone dicā-
tur iudęi: quēadmodū sic appellari potest̄
tā grauiter obstinati? Cur q̄ vltionē tantā
nō adūritis: q̄ ip̄m q̄ nomē post oīa p̄didi
stis? Dunidiat⁹ est h̄ textus psalmoꝝ: ꝛ q̄-
tos dñi largitate trāsiuim⁹: tāti nob ad fi-
nem sup̄esse noscūt̄. Orem⁹ vt q̄ nob grati
am p̄stitit in p̄teritis: ip̄e nobis auxiliū cō
cedat efficaciter in futuris.

Explicit expositio in psalmum. LXXV
Incipit expositio in psalmū. LXXVI

In finez p̄ idithun psalm⁹ asaph.

In finē: notū ē significare dñm sal-
uatorem. In idithun q̄ transiliēs
eos: in sup̄iorib⁹ titul̄ dixim⁹: no-
mē istud q̄d debeat indicare. Asaph cōgre
gationē appellari māifestū ē. Sic istoꝝ no-
minū expositōe tractata: ꝯgregatio debet
adūti: q̄ vitia isti⁹ sęcli glłosis passib⁹ trāsi
luit: ꝛ ad illū finē p̄uenit cui nihil pōt ulte
repiri. Tot⁹ q̄ psalm⁹ h̄ a fideli ꝯgregatiōe
cantabitur: quę asaph nomine ꝯtinetur.

Diuisio psalmi.

Saph iste quē diximus vitiorum transilito-
rem. In prima narratione psalmi
ad dominū se clamare testatur: ꝛ tribulati
onibus suis: quod solet fidelib⁹ accidere:
se magis insinuat eruditum. Secūda nar-
ratione cogitationes enumerat: quę solēt
pulsare i h̄ mūdo corda laborātiū. Tertia:
b̄n̄ficio diuinitat̄ in meliorē sensū se asse-
rit p̄mutatū: vt op̄am potentiāq̄ dei: fixa
mente cogitaret: quibus reb⁹ cog̃scit̄ assi-
dua exercitatiōe ꝑfecisse. Quarta narratiōe

ꝓsequtur: quẽadmodũ p dñm saluatorẽ facta sint in populis diuina miracula.

Al. voce — **V**Oce mea ad dñz clamaui: † ꝛ vox mea ad deũ ꝛ intẽdit mihi. Expositio psal. Asaph iste mũdanoꝝ desideroꝝ trãsilitoꝛ eximius: nõ ꝓ in columitate corpis: nõ ꝓ diuitiis acquirẽdis: ñ ꝓ honore capiẽdo: ſ amore dñi: q̄ iam pfect⁹ infundit: clamat ad dominũ: vt in h̄ gymnasio ꝓfessiõis ꝯtemplatio diuitatis eum spũaliter cõsolet. Nã qd̄ dicit: Uoce mea: modus ille locutionis est quẽ iaz in .lxxiij. psalmo posuim⁹: vbi ait: Incẽderũt igni sanctuariũ tuũ. ꝛ his silia.

Sche — Que figura i lr̃is secularib⁹ Pleonasmos appellat: quã nos q̄z ponamus intrepidi: cum ꝛ pater augustin⁹ in modis locutionũ freq̄ntissime eã cõmemorasse noscat. Sed animaduertendũ est: q̄m ille tm̃ clamet ad dñm: q̄ eũ talia petit: q̄lia se datuꝝ fidelibus pollicet. Nam q̄ cum ꝓ rebus trãsitorijs rogat: nõ ad dñm clamare cog̃scit: q̄uis ip̄m petere videatur. Repetit: Et vox mea ad deũ: subaudiendũ: ꝑuenit. Sz q̄d tamẽ expeteret nõ designat: merito q̄z nõ est illi necessariũ dicere qd̄ ꝑstet: q̄ sol⁹ nouit largiri qd̄ expedit. Quapropter viri sapiẽtes sũt: q̄ se potestati diuitatis ordinationiq̄z cõmittũt. Ip̄m solũ expetũt: ꝛ oia

Esa. 26 — ꝓspera ꝯsequũt. Sic esaias ꝓpħa dic. Domine de⁹ nr̄ pacẽ tuã da nobis: oia eñ prestitisti nob. Seq̄tur. Et intẽdit mihi. Ecce vox illa breuis: ſ pietate magnifica: ad dominũ missa h̄ egit: vt dignaret intendere. Sed q̄d ibi nõ ꝑstitit: quãdo talia miseratus indulsit? Illius q̄ppe respicere: liberare est: ꝛ taz magna ꝯferre: q̄lia nõ ꝑualet auidus ꝑcatoꝛ expetere. **In die tribulationis mee deũ exquisiui manib⁹**

Al. cõtra eũ — **meis nocte † corã eo: ꝛ nõ sum deceptus.**

Al. Renuit — **† Negaui ꝯsolari † aiam meam.**

Al. aĩa mea — Solẽt mũdanis desiderijs occupati: in tribulatõnib⁹ optare: vt ab illa possint quã sustinẽt necessitate liberari: vt si egrotus est sanitatẽ q̄rat: si peregrinus patriam: si paup expẽsas. Iste vt breui petitione omia profutura cõcluderet: nihil de suis angustus vociferatus est: nec impatienter que sustinebat ingessit: ſ tanq̄z quiet⁹: ac malorum suoꝝ nesci⁹: in die tribulatõis sue toto desiderio cõtemplationẽ dñi perquirebat. Addidit: Manibus meis nocte coraz eo ꝛ nõ sum decept⁹. Hic cõplectitur quẽadmodũ dñm viriliter inq̄siuit: ꝛ q̄ fructus ei⁹ actiõis apparuit. Manibus meis: opibus dic bonis: q̄ diuis noscũt ꝯuenire mãdatis. Nocte: mũdi isti⁹ significat vitã: q̄ q̄uis lucem habere videat: pctõꝝ tamẽ obscuritate fuscata est. Corã eo: id est: non ad faciẽ hoim: ſ in abscõso: sicut ip̄e dicit: Nolite facere iusticiã vestrã corã homib⁹. ꝛc. Illo eñ ꝑsente fit: q̄ñ human⁹ nõ affectatur aspectus: vt vanis laudib⁹ intumescat: cum se aliq̄s boni quicq̄z fecisse dissem inat. Seq̄tur. Et nõ sum decept⁹. Ille re uera nõ decipit: cui ꝓmissa complet. Sollicit⁹ aũt perq̄rendũ est: q̄re dicat: Negaui cõsolari animã meã: q̄ iam dñi ꝯtemplatõe gaudebat. Sctũs vir iure negat illis rebus cõsolari aiam suã: q̄ hũanis desiderijs appetũt. Ut si fatigat vigilijs: remissam vagatõnẽ q̄rat: si ieiunijs: corp⁹ suũ ꝯgrua hilaritate reficiat: si tristis est: amicoꝝ ꝯfabulationib⁹ trãsferat. Isti do vna fuit cõsolatio: intẽtionem suaz ponere semper in domino. **Memoꝛ fui dei ꝛ delectatus sum: ꝛ exercitatus sum ꝛ defecit paulisp spiritus me⁹.** Ecce quẽad modũ refectus est: q̄ mũdanis rebus animã suã cõsolatam se fuisse denegauit. Nã cum dei memores sum⁹: toti⁹ munere suauitatis explemur: nec põt aliquid par esse: quãdo nos ceperit gr̃a diuina saciare. Seq̄tur. Exercitatus sum ꝛ defecit paulisper spirit⁹ meus. Exercitatũ se dicit in illa contemplatiõe diuina: cũ tractaret q̄ sapiẽtia cuncta disponat: quali potentia vniuersa cõtineat: oia simul faciẽs ꝛ tã multa mirabili ordinatõe dispensans. Et necesse erat vt intellectus eius deficeret: cum se in vna retractatione tam innumerabilia: tam ingentia ꝯgregassent: sicut alibi legitur. Cõsideraui opera tua ꝛ expaui. Bene autem posuit: Paulisper: quoniã ꝛ si ad tempus visus est defecisse: paulopost intelligitur potuisse recreari. **Anticipauerũt vigilias oculi mei: turbatus sum et non sum locutus.** Uenit ad secundaz narrationẽ: in qua cogitationũ suarũ ꝑ⁹ enumerat. Dic ẽm oculos suos anticipasse

Anõbz

Moch

vigilias: q̄s in dei laudib⁹ solenniť exhibebat. Istas: vsus noster ꝯsueuit vocare nocturnos. Hoc em̄ illis necesse est ꝯtingere: q̄ ad spirituales cogitatiões semꝑ intenti sunt. Reddit em̄ cura puigiles sensus: nec somnū capiūt: nisi q̄ vniuᷓsa sollicitudine vacuanť. Seq̄tur. Turbat⁹ sum ⁊ nō sum locut⁹. Ōndit reuera tp̄s fuisse nocturnū: quādo ipse hō recogitās animi sui secreta perq̄rit. Turbat⁹ est q̄ppe recordatione peccantiū: q2 humanū gen⁹ in delictoꝝ ꝓcipicia corruebat: et pio dolore ꝓ alijs cruciabať: q̄ iam vitia mūdana trāscenderat. Tacuit ḡ: quoniā ꝓfunda nocte non habebat solaciū hūani colloquij: q̄ tpe cauti⁹ cogitat quicunq3 deliberat. **Cogitaui dies antiquos: ⁊ annos eternos.** Ingrediť deliberatiuū dicēdi ḡenus: qḋ suis mēbris diligēter explicitū: in hui⁹ partꝭ fine mōstrabim⁹. Dicit em̄: q̄re turbatus ē: quoniā dies cogitauit antiq̄s: adē videlicet: q̄bus humanū gen⁹ pctis tenebať obnoxiū. De q̄bus: ⁊ alio loco diċ. Ecce veteres posuisti dies meos. Sed isti temꝑales atq3 caduci sūt: ⁊ labili varietate fugitiui. Sed ꝯtra dies antiq̄s: annos ponit ęt̄nos: q2 sicut isti momēto pereunt: sic futuri perenni lōgęuitate cōsistunt. In istꝭ mors dominať: i illis regnat vita ꝑpetua. Isti eḋaci tristicia corrodenť: in illis iusti secura fęlicitate gaudebūt. In istꝭ deniq3 fugit omne qḋ venerit: in illis stabit quicq̄d accesserit. Sed q̄d est hoc: q̄ iste vir iam deo deditus: ꝯtra dies antiq̄s ęternitatē ponit annoꝝ? Cogitabat em̄ cur labētes dies ⁊ q̄s tenere nemo possit: tantoꝑe desideret ⁊ q̄rat humanitas: ⁊ illos ęternos q̄ soli nobꝭ sunt specialiť appetēdi negligam⁹: cōtēnamus: nec credam⁹ esse: dū eos in ꝓsenti nō valeam⁹ aspicere. Merito ergo turbatus est: q̄ tam ꝑuis psuasionibus pctōres cog̃uerat subiacere. **In mēte habui. Et meditat⁹ sum nocte cū corde meo: †exercitabar ⁊ †ventilabā in me spiritū meum.** Caput isti⁹ v̄sus: supiori iungendu3 est. Est em̄: ita ⁊ annos ęternos in mēte habui: nō sicut stulti: q̄ hoc qḋ audiunt neq3 credūt neq3 in sua memoria reponūt: ſ3 obliuioni mandāt qḋ negligēti⁹ acceperūt. Iste em̄ in mēte habuit annos ęternos: q̄m credebat eē v̄turos. Meditatur etiā cū corde suo: q̄ aiam suā fac̄ aliq̄d cu3 rōne tractare. Cū illa em̄ loq̄mur taciti: cū illa exercemur q̄eti: nec soli sum⁹ q̄n cū ipa suscepta altercatiōe ꝯfugim⁹. Seq̄ť. Exercitabar ⁊ vētilabā in me spūm meū. Proprie actus ip̄e deliberatiōis exp̄miť. Exercemur em̄ q̄n ꝑ retractatiōes inūeras ęstuamus: ⁊ q̄si in palestra aię spūali concertatione fatigamur. Ventilať aūt spūs: cum huc atq3 illuc: in venti more celerrima cogitatiōe trāsferť. Spūs em̄ v̄tus est aię: q̄ intētiones eius implere ꝯtēdit. **†Et dixi: nūquid in eternū ꝓijciet de⁹: aut nō apponet vt† beneplacitu3 sit† ei adhuc.** Cū iste asaph transilitor vitioꝝ: toti⁹ mūdi cogitaret angustias: ⁊ spiritus eius diutinis meditatōib⁹ exerceret: dixit: Nunq̄d de⁹ in ęternū ꝓijciet gen⁹ humanū: vt nō ei aduētus sui miseratiōe ꝓspiciat: Ille em̄ iā bn̄ficia dn̄i futura sentiebat: q̄ de cęlestis miscōię ꝓmissa pietate tractabat. Seq̄ť. Aut nō aponet vt bn̄placitum sit ei adhuc? Istḋ: Nō: neq̄q̄3 negantꝭ: sed potius affirmātis ē. Aponet em̄: id est: ꝓstabit: vt ei beneplacitū sit gen⁹ humanū: q̄n dignabiť incarnatōis suę declarare mysteria. Qḋ aūt ait: Adhuc: expectātis est: nō dolētis. Nam q̄uis fieri posse crederet: emergere tn̄ subseq̄ēti temꝑe cōfidebat.

Aut in finē misericordiā suā abscidet: a seculo ⁊ generatione. Misericordia dn̄i est: q̄ de maria v̄gine nasci s̄m carne3 ꝓ nostra infirmitate dignat⁹ ē. Hanc dn̄s nō abscidit: quā ꝓ hoim salute ꝑ ꝓphetas cecinit esse venturā. De quo loco: Stephan⁹ ep̄s mencydis: ad leonē p̄ncipem scribēs mirabiliť dicit. Indut⁹ ē filius tunicā corꝑis: hoc est: integꝝ hoiem de sctā v̄gine: quā sctūs spirit⁹ texuit ieffabiliť: in igressu ienarrabiliť: i egressu compheńsibiliť. Ingressus est inuisibiľ: egressus ē visibiľ. Ingressus est de⁹ verbū: egressus est idē ⁊ hō. In finē v̄o significat plenitudie3 tp̄is: q̄n vēire dign̄⁹ ē. De q̄ tpe iohēs apl's dixit: Filioli nouissima hora est. Addidit: A sęcl'o ⁊ gn̄atiōe. A sęcl'o: in q̄ decretū fuerat vt veniret. A gn̄atione: iudaica sc3: q̄s carnis cog̃tiōe etiā frēs appellare dignat⁹ est. O ꝓmissio gl'osa: o ꝑceptio salutarꝭ: ſ3

Ps. 38 [left margin, beside "noxiū. De q̄bus"]

Al. et loquebar [left margin, beside "meditat⁹ sum"]

Al. nō h3 [right margin, beside "Et dixi"]

Al. cōplacitior [right margin, beside "beneplacitu3"]

Al. nō h3 [right margin, beside "adhuc"]

Al. generatiōe in generatiōnē [right margin, beside "a seculo ⁊ generatione"]

i. Joh. 2 [right margin, beside "Filioli nouissima hora est"]

agnoscere meruissent: quod eis singulari
Al'. Aut obliuis'cet — mūere ꝓstabat. †Nūquid obliuiscit
miserer i de⁹: aut continebit in ira†
Al'. sua miseri/cordias suas — miscðiam suā. Obliuisci illud possum⁹
qd nob accedit ⁊ recedit. Deo aūt cui mise
ricordia subalit inest: quēadmoduz potest
obliuisci qd ab ipo nō ꝓbat auferri? Hinc
ꝗ ꝓnūciabat misereri dei: qr ei⁹ ꝓuidebat
aduentū. Nā ꝗ fortior miscðia: ꝙ vñ mun
di clades cogfcit esse sublata? Seqtur. Aut
ꝯtinebit in ira miscðiaz suā. Respice ꝙ mi
rabili ordine aduētus iste descript⁹ ē. Ubi
ꝙ miscðia ponit: qr miseris res tanta pre
stat. Facili⁹ est eñ dño ꝯtinere irā: ꝗ ab ei⁹
tranqllitate cogfcit aliena. Sed magis ad
miscðiam ꝓn⁹ eē credat: ꝗ nūqꝫ ab ei⁹ ma
iestate diuidit: sic ꝑ esaiā dic: Nō i eternuz
videx i vob ero: neqꝫ ꝑ oīne tps irascar vo
bis. Quapropter nō in ira ꝯtinebit miseri
cordiā: ſꝫ in miscðia irā poti⁹ abstinebit: si
tñ in h̄ seclo ꝯūsio deuota ꝓueniat. Et me
RHE — mēto qd ira in dño abusiue: nō ꝓprie dica
tur. Peractū ē deliberatiuū dicēdi gen⁹: cu
ius mēbra suis ꝟsib⁹ apta reddam⁹. Cogi
tatio ipius habuit dies antiqs ⁊ ānos et
nos suis ꝗlitatib⁹ ⁊ efficiētys cōparare: qs
ꝑtes in sua mēte reposuit: ⁊ in eis spm suū
diutinis fluctuatiōib⁹ vētilauit: elegit tñ
tertię ꝑtis sic in delibatiōib⁹ fieri solet: certā
absolutāqꝫ sniaz. Dixit eñ: Nunqd i eter
nū ꝓijciet de⁹ vt nō apponat vt bñplacitū
sit ei adhuc? Et reliqs duos ꝟsus q i ꝓdictā
vident ꝯuenire sniam. Et dixi nūc ce
pi: hec mutatio dextere excelsi. Int
iecto diapsalmate scðo: venit ad tertiam
narrationē: vbi post cogitationē bonorū:
trāslatus ad salubrimū sensū: cōpetēter se
asserit imutatū. Dic eñ pmo: Nūc cepi: q
si sape: q̄si intelligere: quasi ad lumē splen
didissimū ꝑuenire: qppe q letatur⁹ erat in
Sche — opibus dñi. Sed qd sit istud: Nūc cepi: se
quēti snia declarat. Que figura dr Ephe
xegesis: id est: explanatio dicti supiori. Di
cit eñ: Hec ē mutatio dextere excelsi. Mu
tatio: nomē equiuocū est. Nam mutati dici
mur: qñ in pessimā partē errore aliq facien
te delabimur. Sꝫ ne tale h̄ aliquid sētiret:
cōmutationē in se dicit factam: quā dexte
ra dñi ꝯsueuit opari. Dextra eñ excelsi: chri
stus est dñs: ꝑ quē sic sum⁹ cōmutati: vt de

cōditione fuili mereamur etiā ei⁹ filij nun
cupari. Hāc i se ꝯmutationē fieri sētiebat:
quā ꝯcedi christiano ꝑplō qsiqꝫ gaudebat.
Memor fui opez domini: quia
memor ero ab itio mirabiliū tuo
rum. Cōmutationē de se factā in sua dic
ꝑmanere memoria: qr meliora meret susci
pere: q collata bōa de corde nō ꝓbat amit
tere. Sed ne tñ de se exultare videret: se
qtur: Quia memor ero ab initio mirabili
um tuoz: vtiqꝫ ꝗ hūano generi pi⁹ misera
tor idulsit. Primū: qd adā fec ad imaginē
⁊ silitudinē suam. Deinde: qd oblationem
abel iusti suscepit. Qd in arca noe crescēte
diluuio: i ministeriū ecclię aialia diuisa sal
uauerit. Ut abraā filiū suū offerēte: typuz
sui aduēt⁹ celesti pietate mōstrauerit. Po
stremo: qꝫ ipe ad liberanduz hoiem venire
dignat⁹ est. Hec erāt ab initio credo mira
bilia ꝗ sctm̄ vir sua recordatōe mulcebāt.
Et meditabor in oibus operib⁹
tuis: ⁊ in †obseruatiōib⁹ tuis exer — Al'. [in] obseruationib⁹
cebor. Cognoscam⁹ q ꝑuenerit mūdi isti
us trāsilitor egregi⁹. Promittit eñ se mise
ricordia dñi suffragāte in ei⁹ opib⁹: id est: i
scripturis diuis assidua cogitatōe medita
ri: vbi nullū tediū: nulla sacietas est: ſꝫ ꝙ
tū qs plus hauserit: tāto ampli⁹ dulcia sen
sa perqrit: vñ centesimus octauusdecimus
psalm⁹ multa dictur⁹ est. Sed qr fidelibus
nō suffic solūmō legē: nisi etiā bonoz ope
rū fruct⁹ sedula pietate mōstrare: dicit: In
obſuatiōib⁹ tuis exercebor: id est: i ꝓceptis
tuis salutarib⁹: hūili deuotiōe ꝟsabor. Ex
ercitatio eñ bū nr̄a dr: qñ iussa dñi ipo mi
serāte pagim⁹. Deus i scō via tua: qs
de⁹ magn⁹ sic deus nr̄? Uenit ad lau
des dñi: qb⁹ fortitudinē ei⁹ māsuetudinez
qꝫ ꝯmemorat: vt beniuolētiā pijssimi iudi
cis facili⁹ ipetraret iuxta ꝓconia. Apparet
qppe scm̄ vir certissima fuisse polliciū. Cō
stat. n. ⁊ libri eū ⁊ opib⁹ eruditū: qñ ad pr
nas laudes deuota exultatōe ꝓrupit. Di
ci: De⁹ i scō via tua. Scūs: xp̄s ē dñs: sic ip
se dic: Custodi aiaz meā qm̄ scūs sū. Idez — Psal. [...] Iohan.
ipe viā se dic: vt ē illd: Ego sū via ꝟitas et
vita. Sꝫ cū fidē hoib⁹ ꝓbuit: q pr ꝑfectissi
me noscet: via pr̄is iuste dr: qr ꝑ ipz quēad
modū ꝟitas colēt accepim⁹. Ipe ei dixit:
Ite baptizate oēs gētes: i noie pr̄is: ⁊ filij

ꝛ spūssctī. Seqꝛ. Quis deꝰ magnꝰ sicut de-
us nr̄: Jam q̄si eruditꝰ in spū sctō lerꝰ exul-
tat: potētiāq; dn̄i vniūsis p̄ferens simula-
chris: q̄ falsa p̄suasione i terra colebāt. Il-
la enumerāt vilissima: ifirma: despiciēda:
dn̄s aūt nr̄ magnꝰ: fortꝭ ꝛ terribilis: oīa faci-
ens q̄cunq; vult in celo ꝛ in terra. Ergo hic
v̄sus ꝯ illos increpādos dr̄: q̄ adhuc supsti-
tionū errore cecabant: vt infelices agn̄scant
quē refugiūt quos sequūt. Hoc schema dr̄
Sche Syndicasmos: qđ latine interp̄tat colla-
tio siue ꝯiūctio. Fit aūt ex cōparatiōe ꝯrio-
rū: qn̄ aut p̄sone aut cause: siue i ꝯrū siue i
sīle comparāt. Tu es deꝰ: q̄ facis mi-
Mo bis rabilia† solus. Notā fecisti i po-
pulis v̄tutē tuā. Cū dic: Tu es deꝰ: es-
sentiā diuine maiestatis oñdit: sic ip̄e dicit:
Exo.3 Ego sum q̄ sum. Esse eīn ip̄i p̄prie ꝯuenit:
q̄ vt sit nullius adiutorio ꝯtinet: s̄ nature
sue potētia semp magnus: semp excelsus:
semp incōmutabilis p̄seuerat. Quapropt
ip̄e est q̄ facit mirabilia solus. Nā licet h̄ ꝛ
scīs suis facere sepe p̄stiterit: solꝰ tn̄ est qui
mirabiles opatiōes ad effectū sue volūta-
tis adducit. Sed videamꝰ q̄re dixerit: So-
lus: cū ꝛ filiꝰ ꝛ spūssctūs coopent in oībus:
Solꝰ dixit: q: trinitatē sctām vnū dominū:
Deut.6 vnū deū veracit ꝯfitemur: sic ip̄e dic: Au-
di israel: dn̄s deꝰ tuus: deꝰ vnus ē. Seqꝛ.
Notā fecisti in p̄plis v̄tutē tuā: id est: cū in
hūc mundū misit dn̄m saluatorē: q̄ sicut di-
i.Cor.i cit apl̄us: dei virtꝰ est: ꝛ dei sapiā. Notum
eīn fec: qn̄ eū ꝛ illi notū habuerūt q̄ facie-
tenꝰ sciebāt: ꝛ illi altiꝰ cōtemplati sūt q̄ eū
p̄ris filiū fideli mēte crediderūt. Notꝰ g̃ fa-
ctus est p̄plis infidelibꝰ solūmodo corpe: fi-
delibus aūt ꝛ diuinitate: sic in euāgelio dic:
Math.5 Btī mūdo corde: qm̄ ip̄i deū videbūt. † Li-
Alcimus Jacob berasti in brachio tuo populū tu-
um: filios† israel ꝛ ioseph. Sensus ex-
colit supiorē. Dicit eīn q̄d p̄stiterit hūano
generi patna clemētia: qm̄ in brachio suo:
id est: in dn̄o saluatore liberauit p̄plm suū: si-
Esa.53 cut legiꝛ. Et brachiū dn̄i cui reuelatū ē: Et
ne h̄res ambiguū quē p̄plum liberauit: seqꝛ:
Filios israel ꝛ ioseph. Populum: sepe dixi-
mus: intellectu pluralē numez ꝯtinere: q̄-
uis singularit p̄latꝰ eē videat. Quapropt
filios isrl̄: iudaicā plebē q̄ tn̄ credidit de-
bemꝰ accipe. Joseph: alterā q̄ venit ex gē-
tibꝰ. Sz siue q̄ credidit de iudeis: siue q̄ de
gentiū vocatiōe collecta ē: vnꝰ est dei p̄pls:
q̄uis tpe credulitatꝭ sue diuisus eē videa-
tur: sic i euāgelio dic. Sunt aūt oues q̄ nō Joh.10
sūt ex hoc ouili: oportet me ꝛ eas adducere
vt sit vnꝰ grex ꝛ vnꝰ pastor. Nam noīe io-
seph: gētiū fidē nō incōuenicter aduūtimꝰ:
q: iste ioseph: q̄uis filiꝰ fuerit iacob: q̄ p̄ri-
mo vocatꝰ est isrl̄: tn̄ q: traditꝰ est a fratribꝰ
ꝛ p̄uenit ad gētes: vbi honorabilis habe-
batur ꝛ potens: ita vt eius arbitrio egyp-
tioꝝ terra regereꝛ: rōnabilit eiꝰ noīe gētes
indicant: q̄ dn̄o saluatori deuota mēte cre-
diderūt. Nā ꝛ ip̄m nomē ioseph: idicat cre-
scēs: qđ gētibꝰ ꝯuenient aptaꝛ: ex q̄bꝰ xp̄i
eccl̄ia semp augeꝛ. Ergo sensus iste ē: q: et
de p̄plo israelitaꝝ: ꝛ de gentiū ꝯgregatōne
liberauit eos in brachio suo: id est: i domi-
no saluatore: q̄ ei credē puro corde malue-
rūt. Viderūt te aque deꝰ: viderūt
te aq̄ ꝛ timuerūt: ꝛ† cōturbate sunt Al.turbate
abyssi: Venit ad q̄rtam narrationē: vbi
iā lerꝰ refert q̄s v̄tutes christi dn̄i maiestas
effecerit. Nam de q̄ dixerat p̄us: Notā feci-
sti in p̄plis v̄tutē tuā: nūc dicit de ip̄o: Vi-
derūt te aque deꝰ. Per aquas: p̄plos signi-
ficare frequēter scp̄tura diuina testaꝛ: quan-
do eas ꝛ videre cōmemorat ꝛ timere. Ip̄se
sunt eīn aque: que sensu rationabili dn̄m
cognoscere vel metuere potuerūt. Naz vi-
de quid addidit. Viderūt te aque ꝛ timue-
rūt: quādo vtiq; in bruto elemēto nō pote-
rat euenire vt tantā miraculoꝝ manifesta-
tionē cog̃scerent ꝛ timerēt. Seq̄tur. Et tur-
bate sunt abyssi. Idez p̄plos ꝛ in hoc s̄mōe
debemꝰ nūerosiores adūtere: q̄ more liq̄di
elemēti vitioꝝ flatibꝰ cōmoueꝛ. Sz felicit
tūc turbati sūt: qn̄ ad ꝯūsiōis studia p̄uene-
rūt. Et intēde qđ subsequētia vsq; ad finē Sche
psalmi: p figurā Parabolen dicūꝛ: qn̄ res
genere dissiles sibimet cōpanꝛ. Multi-
tudo sonitꝰ aquaꝝ: vocē dederūt
nubes. Etenī sagitte tue† p̄trāsie- Al.trāsiebāt
runt. Multitudo sonitꝰ aq̄ꝝ ē: qn̄ psalmo-
dia dulcꝭ offerꝛ: qn̄ gemitibꝰ ac lachrymis
culpa diluiꝛ: qn̄ grē p suscepto mūere refe-
rūꝛ: ꝛ q̄si mare ꝯfragosū: ita i scīs eccl̄ijs re-
sonāt diuisa vota p̄ploꝝ. Sz q̄re sit factꝰ so-
nitus: multitudies aq̄ꝝ pulchre subiecit:
quia vocē dederūt nubes. Nubes: p̄dica-

tores significare sepe iam diximus: de quibus
Esa. 5 scriptū ē: Mādabo nubibus meis ne pluāt
sup eā imbrē. Qui vocē suā magnā dede-
rūt: cum pcepta dñi vulgauerūt in toto or
be terrarum: sicut et alius psalmus ante pdica-
Ps. 18 uit. In oēm terrā exiit sonus eorum: et in fines
orbis terre verba eorum. Hinc sonitus venit
aquarum: hinc turbate sunt abyssi: quia verba
ista pdicationū errātibus populis deuotio-
ra studia cōtulerūt. Sequitur. Etenim sagitte
tue ptrāsierūt. Sagittas hic euangelistas
decēter accipimus: qui pdicationibus suis deuo-
tos ipsos vsque ad cordis intima medicina-
liter trāsfoderūt: nō inflicto vulnere: sed salute.
Et. Illuxerūt **Vox tonitrui tui in rota. Illuxe-
rūt coruscatiōes tue orbi terre: cō-
mota est et contremuit terra.** Et hoc
quoque cōparatiue dicitur: quia tonitrui vox ita re-
uoluitur: quasi de rotis venire pstrepentibus au-
diatur. Sic enim cum de summo funditur spacio
celorum volubili murmuratione ptrāseūt: vt
rotatus atque sinuosus ipse sonitus sentiatur. Si-
ue magis i rota orbem terrarum debemus acci-
pere: qui in speciē rote absoluta rotūdita-
te cōcluditur. In rota igitur id est: in mūdo: vox
tonitrui eius egressa ē: quando pdicatores christi
circulū totius orbis verbis tonātibus imple-
uerūt. Sed ille nubes: illa tonitrua: sequitur
quid fecerūt: Illuxerūt coruscatiōes tue or-
bi terre. Dignis cōparatiōibus bñficia diui-
na narrantur: vt res celestes supnis similitudi-
nibus exponantur. Illuxerūt coruscatiōes: di-
uina pcepta dicit veritatis lumine radiātia:
que tenebras hominum p totū mundū salutari il-
luminatiōe fugauerūt. Dicit enim: tonitrua
et coruscationes iste quid egerint: vt terra:
id est: corpa nostra cōmouerentur et ptremiscerent
audito tāto miraculo. Cōmotos quippe et
tremefactos illos dicit: qui verbū dei fideliter
audiētes: ad cōuersionis studiū christi mu-
nere puenerūt. **In mari vita tua: et
semite tue in aquis multis: et vesti-
gia tua nō cognoscentur.** Si ad litteram
hoc velis accipe: in mari fuit via eius: quando su-
per dorsa pelagi visualiter ambulās: petrum
aplm vt ad se veniret euocauit. Siue ma-
gis illud intelligēdū est: In mari vie tue: i
cogitatiōibus hominum: que velut mare pfidum
fluctuāt: vbi tamē ille vias habet: quando eos
sibi larga pietate subdiderit. Aque multe:
cōuersorum est turba gētiliū: vbi sunt semite
dñi: id est: vie ipsius: dū ad eos venire digna-
tur. Sequitur. Et vestigia tua nō cognoscentur.
Hoc cū imputatiōe legendū est: vt cū palā
venerit: tātisque se demōstrauerit miraculis:
nō sit tū cognitus ab infidelibus iudeis. Me-
rito quia illis exprobrat: qui tāte maiestati: et tā
pstitibus bñficijs credere noluerūt. Vesti-
gia siquidem: significant pñtiam corpalem.
Nam vestigiū est plāte signū: quod facimus
ambulantes. **Deduxisti sicut oues
populū tuū: i manu moysi et aarō.**
Cū hoc miraculū nulli alteri possit aptari: si-
ne dubio et illa imputatio que pcessit: quia nō co-
gnouerunt vestigia eius: ad ipsum ptinet hebreo-
rū. Deducti enim sunt i moysi et aarō manu:
id est: opatiōe: quā diuisorum miraculorum no-
uitate faciebāt. Et bñ dixit: Sic oues: non
tñ oues: quia nō credēdo facti sunt hedi. Hic
enim: Sicut: veritatē nō significat: sed imagina-
tionē. Moyses autem interpretatur assumptus:
quoniam de flumine collectus est a filia pharaōis.
Aarō vero fortitudinis mōs. Que nomina
ipsas quoque virtutes quas fecerūt videntur expme-
re. Moyses enim inter alia iubēte dño: in aquis
est opatus: quādo in mari rubro hebreos
viā fecit hēre terrenā: significans p baptisma-
tis donū liberandū esse ipsum fidelem. Aa-
ron ecclesie tenebat imaginē: quā bñ monti
fortissimo cōparauit: que et honore scō pmi-
net: et fidei soliditate cōsistit. His enim duci-
bus israelitarum populū diuina virtute legi-
mus eē liberatū. **Conclusio psalmi.**
Idithun ve humanarum rerum trāsili-
o tor egregie: qui psalmū mirabili insti-
tutiōe cātasti: in tribulatiōibus ex-
ercitatus: negasti te vllo mō cōsolatū. De-
inde: delibatio tua ad pfectam noscitur pue-
nisse sententiam. Tertio: sentis te iam felici-
ter imutatū: nec tamē cōsperis animū rela-
xas. Sed cū te semp intentū ad magnalia
dñi cōfiteris: augmēto quodā sapiētie: igi-
ter cōfecisse cognosceris. Quarto: miracula chri-
sti sub magna exultatiōe cōcelebras: et cum
diuersa pcurris: institutionē christiano po-
pulo que salutis ostēdis. Presta dñe: vt solita
nos iubeas pietate purgari: quatenus qui su-
mus actuū qualitate dissimiles: clemētia tua
faciat esse consortes.
Explicit expositio in psalmum LXXVI

Incipit expositio in psalmū. LXXVII

Intellectus asaph.

q Quotiēs intellect⁹ inuenit̄ in titul': magni cuiusdā rei nob̄ significātia declarat̄. Nā cū itellectū gnāliter dicam⁹: quicq̄d nos adūtere bonū malum q̄ fac: h̄ tñ intellect⁹ ponit̄ qñ sensus nr̄ pfecta intelligētia tēdit ad dñm. Asaph vō dictum⁹ hebrea lingua significare synagogā: latine collectionē. Sed q̄z intellectū p̄misit: fidelē h̄ synagogā loq̄ declarauit. Et pbare em̄ mal' nequeūt: nisi corda fideliū.

Diuisio psalmi.

q Quanto psalmus h̄ pbat̄ esse lōgissimus: tāto studiosi⁹ debet nūerosis diuisionibus apiri: vt ꝛ p distinctionē melius elucescat: ꝛ ip̄a partiū sectiōe fastidiū lōginq̄tatis abstergat. In p̄ma pte psalmi: duo tantū v̄sicli psonę dñi pbant̄ aptari: vt reuerētia cresceret seq̄ntiū dictoꝝ: vbi ip̄e rex facere videbat̄ initiū. Scda parte: lati⁹ loquitur asaph: imputās iudeis qd̄ tāt' bñficijs dñi extitisse pbarēt̄ ingrati: illi tamē p̄uitate distorti: coꝛ suū neq̄q̄ dñi iussionibus admouerūt. In tertia vō numerant̄ q̄ta munera israelitico pp̄lo v̄tus diuia p̄stiterit: nec tñ illi a murmuratiōib⁹ cessauerūt. Quarta dicit: q̄lis in eis vindicta prouenerit: ꝛ quēadmodū sit miseratione dñi mollita snia. Quinta pte: pp̄ter murmuratiōes eoꝝ vindicatū in eis est: s iterū ad supplicationē dñi coḡscētes eius magnalia redierunt. Sexta: denuo illi dolose locuti sunt: ꝛ errores solitos sūt secuti: miscdia tñ dñi nō eos passa est dissipari: qd̄ malis eoꝝ iuste potuisset infligi. Septima dicit: quēadmodū dñm cōcitauerint in deserto: cū tñ pp̄ter ip̄os decē plagis egyptioꝝ populus fuerit vehemēter afflict⁹. Octaua: bñficia dñi referūt̄: ꝛ iudaice obstinatiōis iteꝝ culpa s̄biūgit̄. Nona: vltio g̃uissima subseq̄t̄: ita vt captiuitati pp̄lm traderit: ꝛ tabnaculū sylo: i q̄ habitare int̄ hoies videbat̄ abiecerit: posteaq̄ elegit mōtem syon: ꝛ dauid seruū suū: de cui⁹ semie xp̄s dñs nasceret̄: q̄ mūdo salutar' medic⁹ adueniret. Sic p hūc psalmū ab initio electionis gētis hebraice: vsq̄ ad aduentū domini saluatoris facta descriptio est.

Expositio psalmi.

auget inuidiã: vt ita sibi crederẽt humanũ sanguinẽ effundere licuisse: quẽadmoduz solet aqua sine alicui⁹ culpa decurrere. Nã qd addidit: In circuitu hierusalẽ ⁊ nõ erat qui sepeliret: nefandissimã copiã scelerate cedis ostẽdit: vt non solũ intra vrbẽ: verũ etiã circa muros ciuitatis tm̃ puenisset exitiũ: quaten⁹ deuotionẽ sepulture null⁹ implere valuisset: dũ par cõditio cunctos inuolueret: sicut in anteriore psalmo dic: Iuuenes eoꝝ comedit ignis: ⁊ virgines eorũ nõ sunt lamẽtate. **Facti sumus opprobriũ vicinis nostris: derisui ⁊ cõtemptui his qui in circuitu nr̃o sunt.** Gloriã illã hierosolymoꝝ toto orbe mirabilẽ vsq ad opprobriũ dicit venisse vicinorũ: vt quãta prius nobilitate resplẽduit: tanta postea abominatiõe sorderet: sicͭ ⁊ hieremias in lamẽtationibus ait: Quõ sedet sola ciuitas q̃ abũdabat pplis: facta est vt vidua q̃ multiplicata erat in nationib⁹: pnceps in regionib⁹ facta est in tributo. Et paulopost. Hec est ciuitas q̃ dicebaꝛ corona glorie: iocunditas vniuerse terre. Sequitur. Derisui ⁊ contemptui his q in circuitu nostro sunt. Eadẽ repetita diuersitate congeminat: vt illud qd dixerat opprobriũ: clarius mõstrareꝛ. Dicit em̃ hebreos fuisse derisui: qui pus fuerãt dñi deuotione reuerẽdi. Cõtemptui vero tunc sũt habiti: qñ eos captiuitati traditos videbãt: quib⁹ pridez tot regna cessisse cognouerant. Nec vacat qd additũ est: Qui in circuitu nostro sunt: qꝛ sp grauiora sũt opprobria: que vicinitas nouit: dũ assidua reputatiõe suscipiꝛ: qd lõginquitatis bñficio mĩme sustineꝛ. Sic totus iste textus a pncipio crescens: schema istud nobilissimũ facit: qd vocaꝛ Auxesis: latine vero nũcupatur augmẽtũ. Ubi sũt oratores q ad artẽ verisimilẽ veritatis officia trãstuleꝛt? Ecce quib⁹ argumẽtis agit simplicitas ingeniosa: nõ maliciosa calliditas. **Usq quo dñe irasceris in finẽ: accẽdeꝛ velut ignis zelus tu⁹?** Uenit ad secundã partẽ: in qua pui iudicẽ rogat: ne vsq ad finẽ irascaꝛ genti iudaice: qñ so ventuꝝ pphetarũ sacris pdicationibus indicauit. Sancti em̃ viri q̃uis mala paterenꝛ: sciebant se a dño mĩme deserendos: sicut ali⁹ psalm⁹ dicit: Castigãs castigauit me dñs: ⁊ morti nõ tradidit me. Prophetie q spiritu denũciat fieri que puidebat eẽ ventura. Tẽpore siqdẽ ipsi⁹ captiuitatis: matathias vn⁹ hebreorũ zelo patne traditiõis icẽsus: qꝛ videbat ad idoloꝝ culturã ciuiũ pplm trahi collegit reliqs fideles atq in exercitũ regis antiochi cũ filijs suis tanta indignatione psiluit: vt se et a iugo seruituti exueret: ⁊ imperata sacrificia gloriosissime respuisset: intantũ vt quẽdã iudeũ idolis imolantẽ supra ipas aras amore sancte deuotiõis extingueret. **Effunde irã tuã in gentes q̃ te non nouerũt: ⁊ in regna que nõ inuocauerũt nomẽ tuũ.** Postq narrauit hebraice gẽtis grauissimas calamitates: nũc petit a iusto iudice vt vastatores eoꝝ afflictiões sustineant qui nomẽ ei⁹ oimodis nesciebãt. Effunde irã tuã dicit: id est: supra aduersarios indignationẽ tuã abundãter emitte: vt sicut nos illi cõprimũt: ita tuis virtutibus obruanꝛ. Sciebat em̃ hũanã victoriã tãdiu posse pualere: q diu diuina potentia pmisisset. Et cũ dicit: Que te nõ nouerũt: culpas mitigat iudeoꝝ: qm̃ ⁊ si multi deliquerãt: erãt tñ inter eos q dñicis iussionibus seruiebãt. Istos em̃ dicit merito persequẽdos: q nomẽ dñi oimodis ignorabãt. Sic culpa que excusari nõ põt: supioris criminis collatione leuiatur. Nec vacat quod ante dixit: in gẽtes: postea: in regna. Pri⁹ em̃ pplis imp̃catus est: deinde ipsis regnis q talia fieri crudeliꝛ imperabãt. **Quia comederũt iacob: ⁊ locũ eius desolauerũt.** Pro gente q peccauerat gratissimi patriarche nomẽ obiectũ est: vt recordatio scissimi viri ppli delicta mitigaret. Que figura dicꝛ Anteprosopon: qñ p hoie ingrato poniꝛ psona gratissima. Dicẽdo em̃: Comederũt: significat comedi fecerũt. Seuitiã impie gẽtis ostẽdit: dũ cadauera mortuorũ ferarũ comestiõib⁹ exponebãt. Siue comedi: significat eos q lege dñi derelicta impia supstitione glutiti sunt. Sequiꝛ. Et locũ eius desolauerũt. Euersionẽ ⁊ solitudinẽ deplorat pulcherrime ciuitatis: qñ impia dñatione psuasione gentiliũ ciuiũ suorũ habitatione nudata est. **Ne memineris iniquitates nr̃as antiquas: cito nos anticipet miscdia tua: qꝛ**

B

Sche

j. Machab. 2

Al. iniqtatũ nr̃aꝝ antiqrũ Al. anticipẽt nos misericordie tue

pauperes facti sum⁹ nimis. Cōfessione delictoꝝ ꝓpriū sibi iudicē reddit: vt q̄ se ꝑ iusticiā vindicare nō poterat ꝑ supplicationes necessarias expiaret. Sed cū sciret Asaph antiochi regis tpe nōnullos iudeoꝝ esse seducēdos: vt dñi cultura derelicta nefanda idola sequerent̄: nō poterat ꝓ antiqs tm̄ rogare culpis: quos sciebat futuris ꝗ͂ tēporibus ingētia scelera ꝑpetrare. Sed hic antiqs sižes antiqs culpis estimo debere sentire: quib⁹ ꝑ innumeros annos nefanda mūdi prauitate pctm̄ est. Sic
Ps.38 ⁊ ali⁹ psalmus dicit: Ecce veteres posuisti dies meos. Sequit̄. Cito nos anticipet misericordia tua. Qui timet iudiciū dñi anticipari se ei⁹ miscdia recte desiderat: q̄ꝛ nisi indulgētia ꝑuenerit pctōrē in iudicio non absoluet errantē. Addidit. Quia paupes facti sum⁹. Paupertas est em̄ in nobis bonorū: ⁊ n̄ habem⁹ qd offerre iusticie: si nos incipiat vigor equitatꝭ inqrere. Sup hoc ponit ⁊ nimis: ne qs se putaret de ꝓbitate actuū suoꝝ debere ꝑsumere cū se bonis meritis nimis pauperē esse cognosceret. Ad-
Al. et iuua nos de⁹ salutaris noster: †ꝓpter
Al. gloriā ter †honorē nois tui. Cū dicit: Adiuua nos: significat forsitan illud certamen qd matathias assumptur⁹ erat: vt hebreos a supstitionū clade liberaret: vt causa hūanis virib⁹ desperata: dñi virtute iuuaret̄. Et bn̄ infirmitatē suā intellexit: q̄ saluatorē medicū totis virib⁹ inuocauit: quaten⁹ erepti iudei honorē ei⁹ nōi reddere potuissent. Utiliter aūt se adiuuandū ꝓpt honorē dñi dicit: non ꝓpter aliqd meritū suum.
Al. Et Dñe libera nos. †Propiti⁹ esto pctis nostris ꝓpter nomen tuum. Qui de ꝓprijs virib⁹ desperat: necessarie ad auxiliū oipotentis iudicis currit: vt qd actib⁹ ꝓprijs ꝯsiteri nō pōt: pietate sancti nois tribuat̄. Ideo em̄ saluator dicit̄: q̄ꝛ in se sperātes saluat: ⁊ imminētes pctōrum penas cōmutat in ꝑmia. Ne †qn̄ dicāt †gē-
Al. forte
al. in gentib⁹ tes: vbi est de⁹ eorū? Et innotescat in nationib⁹ corā oculis nr̄is. Reddit causā cur petiuerit plebē dñi debere liberari: scꝫ ne illud vsitatū dicat̄ a perfidis: vbi ē de⁹ eoꝝ? Nā q̄uis fideles diuersa flagella patiant̄: istud tm̄ ab eis non pōt ferri: qn̄ creaturarū oim̄ insultat̄ auctori.

Dicēdo em̄: Ubi est? putat̄ aut p̄sens n̄ esse: aut nō posse defendere. Et respice ꝗ͂ necessarie inter calamitates suas illud opprobriū cōmemorat: qd ad diuinā ꝯtumeliā ꝑtinebat. Sequit̄. Et innotescat in nationibus corā oculis nr̄is. Hic est subaudiēduꝫ: vindicta: quā solet dñs d pfidis facere: qn̄ eos cogit desideria praua dānare. Cū dic: Corā oculis nostris: celeritatē postulat vltionis: vt videat fieri qd aliqn̄ nouerat posse cōcedi. Uindica sanguinē seruoꝝ
tuorū: qui effusus est. Tertiā partē q̄ restabat exequit̄: vt vindicet sanguinē fideliū: q̄ ꝓ eius noie martyria ptulerūt. Uindicatio est em̄: ꝑ quā vis ⁊ iniuria iusta retributione defendit̄. Sꝫ hic illud videt̄ optari: qd ad cōuersionē respicit inimici. Nā cū hic in eis tēporaliter vindicat̄: interituꝫ eterne dānationis euadūt. Sic em̄ in apocalypsi legim⁹: Sub ara dei martyrū aias Apoc.5
postulare vt diuino iudicio vindicet̄. Que vindicta accipienda est ad modū quē diximus: q̄ꝛ beati viri crudeliter se nō expetūt vindicari: cū acceperint monita: Orate ꝓ Matth.5
inimicꝭ vestris: bn̄facite his q̄ oderūt vos: ⁊ his silia. Ad postremū ipe dñs ꝑceptorū suoꝝ potētissimus executor in cruce posit⁹ ait: Pater ignosce illis q̄ꝛ nesciūt quid faciunt. †Intret in ꝯspectu tuo gemit⁹ Luc.23
cōpeditoꝝ. Scdm magnitudinē
brachij tui: possidefilios morte punitorū. De illis dicit quos ꝓ nomine dñi vincerat irreligiosa gētilitas: q̄ crebris gemitibus oipotenti dño supplicabāt: vt ei⁹ ecclesia in fratrib⁹ nō deficeret: etiā si ipos iminens pena ꝯsumeret. Sancti em̄ viri talia semꝑ petūt: que ad fidei augmēta ꝓficiunt. Sequit̄. Scdm magnitudinē brachij tui possidefilios morte punitorū. Nimis pia suboritur ⁊ affectuosa ꝑcatio: ne filios eorū dñs a sua possessione ꝓijciat: q̄ ꝓ ei⁹ religione morte puniti sūt. Innumera em̄ tunc ibi turba martyꝝ fuit: quorum posteros dñm desiderāt possidere: ne aliq̄ errore vitient̄. Ille siquidē qn̄ nos possidet: diabolica in nobis iura nō ꝑualent. †Red- Al. Et
de vicinis nostris septuplum in sinu eorū: improperiū ipsorū quod exprobauerūt tibi dñe. Tale ē: Redde: quale quod superi⁹ ait: Uindica: quod

et si afflictionē tribuit corporū: salutē tñ efficiat animarū. Vicinos: finitimos dicit: de quib⁹ superi⁹ ait: Facti sum⁹ opprobriū vicinis nostris. Septuplū: pfectionē significat muneris celestis: qd accipim⁹ qñ spūs sancti illuminatiōe cōplemur. De q̄ ⁊ alio loco dictū est. Ps. xj Argentū igne examinatū terre purgatū septuplū. Qd ad cōuersionem ipor nō est dubiū ptinere: qñ sic recipiunt vt in bonis partib⁹ cōmutenť. In sinu eorū: vtiq̄ in animar secreto debem⁹ accipere: vbi sp fit gloriosa ɔuersio. Sequiť. Improperiū ipsor qd exprobrauerūt tibi domine. Fecerūt iniurias/dicant laudes: fuerūt icreduli/sint deuoti: extiterūt superbi/fiant hūiles. Tunc enī dñs gloriose vindicat⁹ agnosciť: qñ maledicorū ore laudatur.

Alias: oues pascue tue. Alias: in seculū

Nos aūt pplus tu⁹ ⁊ oues† gregis tui: confitebimur tibi in† secula De illis sicut arbitror dicit reliquijs: q̄ mathie studio ɔgregati: legē dñi custodire meruerūt. Iste reuera sunt oues dñi: q̄ ei⁹ gloriā cōfitentes in fidei firmitate manserūt. Pōt aūt hoc ⁊ gnālit accipi: vt ibi mixtus videať ⁊ pplus xpianus: qñ sicut sepe dictū est: ex duob⁹ pplis ɔgregatio facta est vna sanctor. Intuēdū aūt est lamētationē suā qua suauitate cōcluserit: vt dñi dicat esse gregē p quo deuotissim⁹ supplicabat: ne diutius irascereť eis quos suos esse memineret. †Et in seculū seculi narrabimus laudē tuā.

Alias: In generatione ⁊ generatione annunciabim⁹

Hic illā tangit futuri seculi beatissimā psalmodiā: quā chorus sanctor sine cessatione dictur⁹ est: non vt alios instruat: qz ibi nullus erit idoct⁹: sed vt honorē debitū reddētes pconior ipsor suauitate pascanť. **Cōclusio.**

Secundus iste iā psalm⁹ est: qui honorabilē hierlm pia lamētatiōe defleuit. Sz sciēdū q septuagesimustertı⁹ captiuitatē ɔtinet: quā ptulit sub romanis: iste vero antiochi regis deflet sacrilegā ⁊ crudelissimā vastitatē. Considerandū q̄z ⁊ alta mente cōdendū est: qd caritatis studio cōmonemur eccłie dei bonis letari: ⁊ iterū calamitatib⁹ eius vehementer affligi. Legiť enī: felices qui gaudēt in pace tua: ⁊ felices oēs qui cōtristabunť in omnibus flagellis tuis. Quapropter cōuenit vt qd vnicuiq̄ fideliū pueneriť: ad nostros dolores pximitatis studio transferam⁹: sicut apłus dicit: Si quid patitur vnū membrū cōpatiunť omnia mēbra: siue glorificatur vnū membrū: cōgaudēt omnia mēbra. i. Cori. 12 Hinc enī caritas illa pcelsa conquiriť: hinc pdicata vnitas inueniť. Et si causam boni istius alti⁹ pscruteris: hinc ⁊ illa celestis affectio gignitur que domini ecclesiam locupletari monstrať.

Explicit expositio i psalmū. LXXVIII
Incipit expositio in psalmū. LXXIX

In finē p his qui imutabunť: testimonium asaph psalmus.

Doctis viris ⁊ i auditorio christi salutariter eruditi: si quis vsitata repetere coneť offendit. Nā cū omnia tituli istius verba iā nota sint: restat vt hoc qd nouiter dixit: Testimoniū asaph pquirere debeam⁹. Iste asaph ante trepid⁹: ante sollicit⁹: qui p synagoge peccatis visus est psalmis priorib⁹ exorare: tanta nūc psumptione cōpleť vt iā cōmutatis in melius testimoniū cōuersionis phibere videať. Dicit enī de pmo aduentu dñi saluatoris qui hoiem deterioratū lege peccati ad sancte cōuersationis dona pduxit: translatāq̄ vineā de egypto potētie sue radice solidauit. Hoc est qd dicit: Testimoniū p his q imutabunť. Cantať ergo hymn⁹ iste d aduentu viri agricultoris ⁊ vinea dñi: vt iam nō obscuris: sed manifestis pcibus ei⁹ postuletur aduētus: Qui psalm⁹ eiusdē rei secundus esse dinosciť. **Diuisio.**

Asaph iste quē titul⁹ pcinuit cōmutatū: In pma sectione dñi deprecatur aduentū. Secūda: testať quēadmodū vinea q̄ est eccłia toto orbe sit dilatata. Tertio loco: incarnatiōis ei⁹ beneficio p similitudinē vinee visitare deprecať eccłiam: seq̄ domino postulat adherere.

Qui regis israel intende: qui deducis velut† oues ioseph. Qui sedes sup cherubin† apparē.

Alias: ouē. Alias: manifestare

Per secundā speciē definitiōis que grece Ennęomatice diciť: latine notio nūcupať: magno desiderio venire xpś dñs postulať: vt p id qd facit planissime indicat⁹ esse videať. Nā ista species definitiōis nō p substantiā: sed p actus suos vnāquamq̄ psonā indicare cognosciť. Recte igiť diciť

regi celi ꝛ terre: Qui regis israel: cui⁹ arbi-
trio ꝛ creata sunt: ꝛ administrant vniuersa.
Sed quius oia in eius ptāte sint posita: il-
la tn̄ regere dicit que se tractare celesti con-
uersatione nouerūt. Ideo em̄ subiunctum
est: Israel: qꝛ ipos ꝑpitius regit q eū puro
Rp̃ corde respiciūt. Israel em̄ iterpretat: sicut
sepe dictū est: vir mente vidēs deū. Inten
de: ac si diceret: supra nos lumē tue pietatis
infunde: vt qui ꝑ nos sum⁹ tenebrosi: aspe
ctus tui reddamur claritate cōspicui. Seq-
tur. Qui deducis velut oues ioseph. Jo-
seph: fidelē populū debem⁹ aduertere: qui
sic in caulas dn̄i deducit: quasi oues ad pa
scua cōgregent. Nā ꝛ ipm nomē ioseph: si-
gnificat sine opprobrio: qđ deuoto ꝑplo cer-
tū est cōuenire. Et nota ꝓpria verba singu
lis data fuisse ꝑsonis. Regit qui israel est:
deducit qui ioseph ē. Addidit: Qui sedes
Rp̃ sup cherubin appare. Cherubin: plenitudo
sciētie interptat: in qua xp̄m dn̄m insidere
manifestū est. Sꝫ qm̄ adhuc in secreto sue
maiestatis erat: rogat vt bn̄ficio sancte in-
carnatiōis appareat: quaten⁹ fideles suos
firmissima credulitate ꝯsolidet. Et vide qꝛ
trina inuocatiōe versus iste contextus est:
vt oia cooparī sanctā significet trinitatē.
R̃.effraim Coram effrem beniamin ꝛ manas-
se. Excita potentiam tuā ꝛ veni:
vt saluos facias nos. Ista noia ꝯstat
esse gētis hebraice: ante qs vt appareat spi
rituali virtute depcat: hoc est: vt sicut pro-
missus fuerat ꝑ ꝓphetas ex iudeorū gente
P̂p nascat. Sed qm̄ nō incassum hec noia mo-
re scripture diuine videnť aptata: interpta
tiones eoꝝ studiosissime reqram⁹. Effrem:
significat fructificatio. Beniamin: fili⁹ dex
tre. Manasses: oblitus. Has virtutes in-
esse cōstat dn̄o saluatori. Fructificauit em̄:
qm̄ ad tēpus corpore trucidato: ad ꝑpetua
celorū regna surrexit. Fili⁹ dextre: id est: fi-
lius oipotentis patris. Oblit⁹: illud indi-
cat: qm̄ iniuriarū suarū oblit⁹ in cruce posi-
tus ꝓ iudaico ꝑplo supplicauit. Orabat er-
go vt in his virtutib⁹ veniret quas eū fac-
turū esse nullaten⁹ ambigeret. Sequit. Ex
cita potentiā tuam ꝛ veni vt saluos facias
nos. Quantā nobis vtilitatē ꝑ incarnati-
onē dn̄i nouerat esse tribuendā: tanto stu-
diose depcat: vt excitet potentiā suā ꝛ ve-
niat ad peccatā hūani generis abluenda. Qđ
em̄ desideriū: que preces: que vota sufficiant
illud expetere qđ mundū possit a sua impi
etate saluare: Deus virtutū cōuer-
te nos: ꝛ ostende faciem tuā ꝛ sal-
ui erimus. Qm̄ credebat in se mirabilia
facienda: iuste deū inuocauit virtutū: q so-
lus preualet de incredulitatis morte libera-
re. Et qꝛ se nouerat esse distortū: cōuerti se
magnopere postulauit. Hoc em̄ cui cōueni
at facere: nisi virtutū dn̄o qui sol⁹ potens
est que vult vniuersa cōplere: Post cōuer-
sionis aūt beneficiū apte sequit: Ostende
faciē tuā: qꝛ solet diuinitas hoies iam con-
uerso corde respicere. Qđ em̄ addidit: Et
salui erim⁹: euidēter significat dn̄m salua-
torē: cui⁹ reuera sum⁹ incarnatione saluati.
Dn̄e deus virtutū: quousqꝫ ira-
sceris in oratione serui tui: Hoc de
illo tēpore sentiendū est: quo asaph venire
dn̄m postulabat. Et qꝛ ꝓ dispensatiōe di-
uina erat aliquaten⁹ differēdū: dicit: Quo
usqꝫ irasceris in orationē serui tui: vt nō il-
la iā ꝑuenire facias q ꝓmisisse cognosceris:
Et intuere pietatē ac desideriū supplicātis.
Iratū sibi dn̄m credebat: qm̄ hūano gene-
ri subuenire tardabat. Cibabis nos
pane lachrymarū: ꝛ potum dabis
nobis i lachrymis in mesura. Post-
q se differri posse ꝑsenserat: enumerat ma-
la que passur⁹ erat ꝑplus hebreoꝝ. Dic em̄:
Cibabis nos pane lachrymarū: significās
eos sub afflictione victuros. Panis em̄ la-
chrymaꝝ: vita est plena dolorib⁹: sed tn̄ in
ea dn̄i miseratiōe cibamur: qm̄ cladib⁹ eru-
nisqꝫ nō extinguimur: sed poti⁹ erudimur.
Sequit. Et potum dabis nobis in lachry-
mis. Prius dixit: panē: nunc dicit ꝛ potū.
Ista em̄ duo sunt: quib⁹ viuit omnis hūa-
nitas: vt panē ꝓ qualibet esca ponas: po-
tū ꝓ omni potione. Nā qđ tēpus a lachry-
mis esse poterat vacuū: quib⁹ ꝛ ipsa refec-
tio videbat esse ploratio: In mēsura: in dis
tributo modulo dicit: sicut ait apl̄us. Fi- i.Cor.
delis de⁹ qui nō patiet vos tēptari sup id
qđ potestis: sed faciet cū tēptatione etiā ꝓ
uentū vestrū vt possitis sustinere. Po
suisti nos in cōtradictionē vicinis
nostris: ꝛ inimici nostri deriserūt
nos. Cōtradictio gentilis illa cogitanda

est: q̄ aduersū p̄dicatores christi prauis cō-tentionib⁹ erigebaẗ: credēs illa se posse defendere: que in tēplis suis videbaẗ adorare gētilitas. Siue magis illud tēpus cōmemorare videẗ: qd̄ in sup̄ioribus dixit: q̄r sub rege antiocho dū aliqui iudei sacrificarent idolis: ↄtradicebāt his qui legē dñi custodire videbanẗ: ⁊ iō vicinos parētes debemus aduertere: q̄ eis ꝓximitate generis adherebāt. Sequiẗ. Et inimici nostri deriserūt nos. Merito inimici deridebant: inter q̄s tā nefariū videbāt esse certamē: vt pars eorū in p̄stina religione ↄstaret: pars aūt idolis coacta seruiret.

Al. ds virtutū. Dñe† deus virtutū cōuerte nos: ⁊ ostēde faciē tuā ⁊ salui erimus. Repetit versū quē iam superius añ hos tres posuisse monstraẗ: q̄r desiderātis mos est frequenẗ repetere: que magnis p̄cibus postulat aduenire. Ipsa est ergo facies: id est: p̄sentia christi p quā salui facti sum⁹. Ipsa: p quā laqueos mortis euasim⁹. Ipsa deniq̄ que ⁊ indignis ⁊ p̄nitentib⁹ celorū regna largiẗ.

Al. de. Vineā† ex egypto transtulisti: eiecisti gētes ⁊ plantasti eā. Venit ad secundā sectionē in qua p mysticas figuratiōes: que fuerint gesta cōmemorat.

Sche Qd̄ schema diciẗ Metabole: vni⁹ rei frequēs iteratio sub varietate verborū. Per hos eñ sex versus vsq̄ ad tertiā diuisionē: vinea ista describitur. Vineā eñ dicit: hebreorū gentē: quā positam in typo cōstat ecclesie: vñ fidelium nata

ET est cōgregatio p̄plorū. Vinea quippe: a vitibus dicta est. Hanc ex egypto deduxit magnis notisq̄ miraculis: ⁊ expulsis gentib⁹: id est: āmorreis: cetheis: iebuseis: ceterisq̄ aliis finitimis eorū: tanq̄ mirabilis plātauit agricola. Hoc est testimoniū redditū de immutatis hebreis: qd̄ cōtineẗ in titulo. Vinea siquidem ecclesie ⁊ hic pulcherrime cōparaẗ: qm̄ sicut illa inter folia caduca necessarios infert fructus: sic ⁊ ista inter turbas vmbratiles peccantiū ornaẗ fruge sanctorū: qui seculi hui⁹ afflictiōe tanq̄ torcularib⁹ pressi: saporē norunt emanare dulcissimū. Siue q̄r fossa pl⁹ p̄ficit ⁊ potata multiplicaẗ: qd̄ soli merito daẗ ecclie: que solet passionis falce crescere: ⁊ p̄secutionū plagis in sancto p̄plo semp augeri. Sed hec vinea queadmodū p vniuersū mundū dilatata sit: subter edicit.

†Viā fecisti in ↄspectu eius: ⁊ plantasti radices ei⁹ ⁊† repleta est terra. Al. Dux itineris fuisti Al. impleuit terrā

Isti vinee fructuose que mūdi spacia cōprehendit: viā fecit dñs: dū ei⁹ cōspectib⁹ apparere dignat⁹ est. Ipsa eñ p̄ficiēdi fuit causa vt suū videret agricolā: ⁊ ab eo imbrē p̄dicationis acciperet: quatenus fruct⁹ suauissimos p̄crearet. Sequiẗ. Et plantasti radices ei⁹ ⁊ repleta est terra. Radices ei⁹ sūt: p̄phete celestis regis operatione plātati: ex quib⁹ illa felices palmites tendēs: vniuersū mundū quasi amenis fidei vmbraculis occupauit.

Operuit mōtes vmbra ei⁹: ⁊ arbusta ei⁹ cedros dei. Latitudo ⁊ altitudo istius vinee decēter exponiẗ. Illos eñ nouit operire quos nutrit: qm̄ ei⁹ vmbra fructificat et amplius facit crescere q̄ magis tegere cōprobaẗ. Sed qualis ē ista vinea q̄ mōtes operit? Vtiq̄ supna: qm̄ quelibet altitudo terrarū cuncta sub celo est. Sequiẗ. Et arbusta ei⁹ cedros dei. Quia cedros dixit: bene arbusta posuit. Vites enim q̄n in arbores ascendūt: arbusta nominanẗ. Sed q̄uis in xxxvi. psalmo: cedros p̄ supbia designanda positas dixerim⁹: tñ qm̄ hic est additū: Dei: martyres debem⁹ aduertere: qui i ecclesia christi inter altissima sunt cacumina cōstituti. Et hos eccl̄ia p̄tegit: qm̄ in eius esse gremio cōprobanẗ.

†Extēdisti palmites† ei⁹ vsq̄ ad mare: ⁊ vsq̄ ad flumē p̄pagines ei⁹. Al. Extēdit Al. suos

Palmites: significāt discipulos dñi: quib⁹ ipse in euāgelio dicit: Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites. Joh. 15

Mare: cunctarū gentiū vult intelligi sanctissimā credulitatē. Extēdisti eñ dicit: qm̄ ab hierosolymis hec vinea p aplo⁊ p̄dicationes in cunctas mūdi partes extēsa est. Accipere eñ localē nō possum⁹: de qua iā dictū est: Plantasti radices ei⁹ ⁊ repleta est terra. Propagines aūt ei⁹ filios regenerationis dicit: qui a flumine iordane manauerunt: vbi dñs in exemplū nostre salutis baptizari dignat⁹ est.

Vt qd̄† deposuisti maceriā eius: ⁊ vindemiāt eam omnes qui† transeūt viam. Al. destruxisti Al. p̄tergrediūẗ

Istius vinee que a iudaico p̄plo ducit originē: miraẗ cur fuerit euersa munitio: hoc est: domini subtracta defensio. Maceria est eñ de solis lapidibus cōstructa custodia: que solet

vineas defensabilit circuire. Et merito tali verbo in superiore translatione pmansit. Sequitur. Et vindemiāt eam omnes. Hic vindemiant: in malo positum debem⁹ accipere: sicut ⁊ hieremias dicit: Vide domine ⁊ cōsidera: quia vindemiasti nos: sacerdos ⁊ ppheta ꝺ sanctuario tuo defecerūt. Vindemiāt ergo dicit: diripiūt atq͡ꝫ cōculcant: qꝺ a transeūtib⁹ fieri solet: qui pdicādi studio labores auferre nituntur alienos. Vindemia dicit: qñ vua viti demit: qꝺ etiam isti vinee de⁹ p esaiam pphetā minat. Destruā maceriā ei⁹: ⁊ erit in direptionē: ⁊ destruā parietē eius: ⁊ erit in cōcultatiōez. Addidit. Qui transeūt viā: Gentes significat: que viā: id est: xpm dn̄m trāseuntes: in idolorū sacrificijs iugit pmanebāt. **Exterminauit eam aper de silua: ⁊ singularis ferus depastus est eā.** Exterminauit: extra terminos atq͡ꝫ patriā suā vbiq͡ꝫ dispersit: qꝺ in gente contigit iudeorū. Hoc est qꝺ superi⁹ ait: Vindemiant eā. Aprū: vespesianū forsitan debem⁹ accipere: qui illis extitit ⁊ fortis ⁊ seuus. Per hoc aūt nomē significat iudeis fuisse cōtrariū: qui hoc animal inter cetera habē videbantur immūdū. De silua: scꝫ de gētibus: que merito siluis squalidis cōparant: q adhuc insiti de fructuoso germie nō fuerūt. Aper enī dict⁹ est: ab eo qꝺ in locis asperis commoret. Singularē aūt ferū: Titū ei⁹ filium memorat: q reliquias belli tāta populatōe cōtriuit: vt gentē ⁊ ciuitatē quasi herbarū pabula terribili depastōe ꝯsumeret. Necesse enī fuit hoc vinee contingē cui⁹ maceria videbat eē deposita. Spiritualit aūt aper ppter ferocitatē ⁊ fortitudinē nimiā: diabolus itelligi pōt. De silua aūt dixit: quia cogitationes ei⁹ agrestes atq͡ꝫ semp existunt. Et nota ꝙ his sex versib⁹ qui pdicti sunt: vinea ista describit p quartā spēꝫ definitiōis: que grece hypographice: latine descriptionalis appellat. Hec adhibita circuitione dictoꝝ factorūq͡ꝫ rē de qua querit cōpetenti significatōe declarat. **Deus virtutū cōuertere: respice de celo ⁊ vide ⁊ visita vineā istam. Et pfice eā quā plantauit dextera tua: et sup filiū hominis quē cōfirmasti tibi.** Relatis omnib⁹ q superi⁹ cōtigerunt: asaph venit ad tertiā sectionē: i qua rogat vt oipotēs agricola visitet vineā dissipatā quā plantare dignatus est: ⁊ respiciat sup filiū hominis quē confirmauit sibi. Cōmutat⁹ quippe in meli⁹: hoc singulare remedium rebus omnib⁹ expetebat: vt christo domino supplicaret. Cū dicit: De⁹ virtutū cōuertere: petit cū vt supplices suos serenus aspiceret: ⁊ periclitātibus subueniret. Sequit. Respice de celo ⁊ vide: scꝫ quib⁹ fluctibus laboret humanitas: quib⁹ peccatis ad inferna rapiat: ⁊ delectet vitijs vnde eā ppetua morte cōstat extingui. Cū autē dicit: Visita vineā istam ⁊ dirige eā quā plātauit dextera tua: aduentū sancte incarnationis expostulat: vt psente cultore suo vinea plantata pficiat: sine quo nec fructus inferre poterat: nec pficuā habere culturā. Addidit. Et sup filiū hominis quē ꝯfirmasti tibi. Omnino declaratū est: quod superius dixit: Visita. Fili⁹ quippe hominis christus est domin⁹: ex maria virgine genit⁹: a patre natus ante oia secula. Qui vtiq͡ꝫ cōfirmatus est: quādo de ipso veritas paterne vocis insonuit dicens: Hic est filius me- Math.3
us dilect⁹ in quo mihi bene cōplacui: ipm audite. **Incensa igni ⁊ effossa manu: ab increpatione vultus tui peribūt.** Incēsa igni ⁊ effossa manu: humana vitia significata debemus aduertere. Incendit quippe aliquis igne cupiditatis siue calore supbie: quādo crimina nefanda cōmiserit. Effossa vero manu sunt: cū p opationē sceleratā alijs pparam⁹ insidias: ⁊ decipere volum⁹ nescientes: dū nos in ipsam magis foueā corruamus. Hec ergo peccata ab increpatione vult⁹ dn̄i peribūt: quādo illis dicendū est: Ite in ignem eternuꝫ qui Math.
parat⁹ est diabolo ⁊ angelis eius. Nō enī vlteri⁹ visuri sunt: quē ppter sua scelera pdiderunt. **Fiat manus tua sup virum dextere tue: ⁊ sup filiuꝫ hominis quē confirmasti tibi.** Grande sacramentū: grande mun⁹ diuinitatis exponitur: q tādiu forsitan dubitari potuit ꝙ israel salu⁹ fieret: donec salutaris dn̄s aduenire. Illo enī veniente pmissio tota cōpleta est: nec vlterius ab ipso discedit ecclesia que sponsi sui spirituali dilectiōe cōiuncta est. Nā cū dicit: Fiat manus tua sup viruꝫ

dextere tue: operationē sancte incarnatio-
onis exposcat. Ipse est eñ dextera patris:
Ps.43 de quo alio loco dicit: Nō eñ in arcu meo
sperabo: et gladius meꝰ nō saluabit me: sed
dextera tua et brachiū tuū et illūinatio vul-
tus tui. Deinde more suo ꝓpter explanati
onē repetit qđ superius dixit: Et sup filiuz
hominis. A cōi iungendū est: Fiat manus
tua: id est: operatio sancta ad effectū ꝓmis
sa ꝑducat. Filiꝰ eñ hominis: idem ipse est
dñs christus qui etiā dextera patris ē. Se-
quit. Quē cōfirmasti tibi. Confirmatꝰ est
vtiqꝫ apud hoies: sicut iam dictū est: quā-
do de ipso vox paterne veritatis insonuit
Math.3 dicēs: Hic est filius meꝰ dilectꝰ in quo mi-
hi bene cōplacuit: ipsum audite. Quod nō
piget eiusdē exempli iteratione declarare:
quādo et in auctoritate eadē verba constat
esse repetita. **Et non discedimus a te: viuificabis nos et nomen tuum inuocabimꝰ.** Ad superiora respiciat pars
ista vocabuli. Dicit eñ: Fiat manꝰ tua sup
virū dextere tue: id est: vt mittere digneris
filiū tuū: qui reū mundū liberet a crimine
peccatoꝝ. Et nō discedimꝰ a te: id est: quē
semel mente cōcepimꝰ: cordis oculis iugi-
ter intuemur. Nec a te deuotionē nostram
possumꝰ amouere: cuiꝰ aduenire filiū mag
nopere cognoscimur expetisse. Et q̄ sit vti-
litas ab ipso nō discedere: cōsequenter ex-
ponit. Viuificabis nos et nomē tuū inuo-
cabimꝰ. Viuificabis nos: quādo peccato-
rū morte deposita ex aqua et spiritusancto
renascimur. Nomē autē eius inuocabimꝰ:
hoc significat: quoniā dñi christi instituti-
one salutari in oratiōe quotidiana nomen
patris iugiter inuocamus. **Domine deꝰ virtutū ꝯuerte nos: et ostende faciē tuam et salui erimus.** Que sua-
uitas: que sit vtilitas versiculi huius hinc
dat intelligi: qm̄ in hoc psalmo triplici euz
repetitione memorauit: vt quasi prati flo-
riferi planiciē tensam ꝑ ordines certos io-
cūditas rosei coloris ornaret. In ista siqui-
dem breuitate: regulā totius religionis ex
ponit. Primū est eñ: vt nos dñs ꝯuertat.
Deinde: vt ostendat faciē suaz. Tertio: vt
saluos efficiat. Nō eñ anteqꝫ ꝯuertat ostē-
du faciem suā: nec saluat nisi nos prius lu-
mine sue pietatis inspexerit. Quapropter
versus iste mēte ꝯdendus est: qz ꝑ ipm̄ sub
breuitate petimus quicquid nobis expedi
re monstratur. **Cōclusio.**

Nimis asaph istū cōmutatū cōstat
in melius: qui vineā christi dilata-
tā toto orbe conspexit: et palmites
eiꝰ mōtes obumbrare vidit et cedros. Spe
ctaculū reuera beatū cuiꝰ amenitas ipa co
gitata refectio est: vt toto mūdo vna vinea
vmbrā faciat suis frondibꝰ: ne quis fideliū
reddat sole fuscatus. De quibꝰ scriptū est:
Per diē sol nō vret te: neqꝫ luna per noctē. Ps.120
Verū ista vinea ꝑ botris mustuosis sanc-
tos infert fructꝰ: martyres creat: ꝓphetas
educit: apostolos gignit: fideles edit innu-
meros: et quicqd in ecclesia sancta glorio-
se gerit: isti similitudini decēter aptat.

Explicit expositio in psalmū. LXXIX
Incipit expositio in psalmū. LXXX

In finem ꝓ torcularibus asaph quinta sabbati.

Pro torcularibꝰ: ecclesiā significari
superioribus est titulis indicatuz.
Sed qm̄ ibi hanc ꝯfigurationē in
vuarū expressione posuimꝰ: nūc in vuaruz
vindemijs explicemus. Cū tunsus aceruꝰ
oliuarū subiectus fuerit agricolaꝝ arte pō
deribus: nimiaqꝫ ceperit ꝯssura torqueri: et
amurcā cenosam et oleū pinguissime puri-
tatis emanat. Quod in ecclesie ꝑsecutioni
bus fieri posse nō dubiū est: quādo et deo
puras mētes declarat et fecilētas cōscienti-
as euidēter assignat. Quīta vero sabbati:
significat a sabbato quintū diē: quādo do
minꝰ in ꝯditione rerū ex aquis creauit ani-
malia: sicut genesis lectio decursa testat.
Dixit deꝰ: ꝓducāt aque reptilia animaruz Gen.1
viuarū. Hoc ad baptismatis gratiā simili-
tudine decora cōiungit: Que reuera aīalia
viua sua fecūditate ꝓducit: dū sanctificate
aque imaculatos reddunt: quos pollutos
ꝓprijs scelerbꝰ acceperūt. Sed vt partibꝰ
res expositas in vnā seriē colligamꝰ: inten
tio tituli talis ē: vt In finē designet dñm
xp̄m: Pro torcularibꝰ ecclesiā: Asaph ꝯgre
gationē: Quinta sabbati baptizatos. Un
de colligit psalmū in ecclia dñi regenerate
cōgregationi esse locuturū. Hic eñ asaph
ad historiam quidem loquitur iudeis: sed
melius spiritualiter intelligitur de populo

christiano.

Diuisio psalmi.

In prima parte psalmi: loqr asaph fidelib⁹: vt p organa diuersa musicorũ laudes debeãt dño psonare: qm multa beneficia suo populo pstare dignatus est. Secũda: verba sunt dñi cõminãtis ne idola colantur: sed ipse solus adoret qui prestare pfutura munera cõsueuit. In tertia parte: asaph ex sua iterũ psona reloquit: arguens infideles cur fallaces extiterint: cum eis dona domini copiosa largitate collata sint.

Expositio psalmi.

Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Asaph iste quẽ sepe diximus significare synagogã: populos cõmonet fideles vt nõ desinant cũ sũma leticia deo laudes dicere: q eos a seuissimis periculis est dignat⁹ eripere. Adiutori aũt quod dixit: verus de⁹ tali verbo declarat: qr ficticius de⁹ nõ est adiutor sed elisor: nõ sanans sed vulnerãs: non subleuãs sed valde demergẽs. Nostro enĩ dũ dixit: deuocos se cõmonere testat. Jubilate dictũ est a iuuãdo: id est: delectãdo: vt quib⁹ nõ poterat exultatio verborũ sufficere: in abundãtissimã atq3 inexplicabilẽ leticiã psilirent: docẽs gaudentib⁹ animis dño debere gratias agere: nõ cõfusos aliqua anxietate cantare. Nã si terrena despicimus: semp ex illo leti sum⁹: ad quẽ mens incerta atq3 titubans nõ põt puenire. Jacob: significat populũ christianũ: cui ãterior synagoga cõsentit: dũ ad istũ p gratiam translatũ est: qd illi cõstat ablatũ. Hi sunt quos dixit: Quinta sabbati: q de sacra sc3 regeneratiõe nascunt. **Sumite psalmũ & date tympanũ: psalteriũ iocũdum cum cithara.** Organa quidez ista vtraq3 musica sunt: sed causas cõtinere pbant egregias. Dicit enĩ: Accipite psalmũ & date bonas opa s. Psalmus enĩ ad diuina verba ptinet intimãda: qm cõformatio ipsi⁹ canorũ ventrẽ (sicut sepe diximus) habet in capite: qd merito ad psalmũ refert: qui semp resonat supna mysteria. Tympanũ est: qd tenso corio quasi supra duas: vt ita dixerim: metas sibi ab acuta parte copulatas solet resonare pcussuz: sicut hominũ corpus: dũ p dño tribulatiõe quatitur: ad supna mãdata dulci⁹ temperat. Hec ergo cõmonet: vt accipiẽtes diuia verba domino debeam⁹ offerre terrena: qr tunc deo bene dam⁹ tympanũ dũ elemosynas facimus: cũ ieiuniis corpus affligim⁹: cũ vitia sec̃li cũ suo auctore nihilominꝰ despiam⁹. Addidit. Psalteriũ iocũdũ cũ cithara. Admonet etiã & hec duob⁹ iocundissime copulari: vt & verba dei que in psalterio ptinentur: & cithara que hũanos act⁹ significare cognoscit: in vnã societatẽ debeant cõuenire: quia vtrũq3 melos sibimet copulatũ: dño pbatur acceptũ. Psalteriũ enĩ: idẽ significat qd psalm⁹. Cithara: qd tympanũ: s diuersitate nominũ easdẽ res sb breuitate cõclusit. Nã qũadmodũ cithara cõtra psalteriũ cõformata sit: frequẽter expositũ est. In hoc aũt & sequẽti versu iterũ nobis enthymematic⁹: id est: rhetoric⁹ syllogism⁹ elucescit eodẽ modo. Canere pceptũ est in israel & iudiciũ deo iacob: Cãtandũ est igitur in initio mensis tuba in die insigni solemnitatis eor. Mõ reliqua pscrutemur.

†**Canite initio mẽsis tuba: in die insigni solẽnitatis vestre.** Preceptũ fuerat inter alia iudeis: vt a primo die septimi mensis: septẽ diebus canerẽt: qd hodieq3 carnaliter faciũt: nõ intelligẽtes ideo fuisse iussuz: qm spũssancti gratia septiformis baptizãdis erat toto orbe pdicanda. Unñ nunc fideles admonet christianos: vt laudes dñi pconiali debeãt voce cantare: cũ noue regeneratiõis fuerint gaudia psecuti. Tuba enĩ cũ ponit: grãdisonis aliqd pdicari clamorib⁹ indicat. Sed & ali⁹ pphe ta dicit: Exclama & exalta sicut tuba voce3 tuã. Cõsiderandũ est q3 qd p organa musice discipline & psallere dño & diẽ pcipimur solẽnitatis implere: vt sicut illa rediguntur ad dulcisonũ melos & in vnã cõuenientiaz suauiter colligunt: ita ois act⁹ noster redigat ad dñm: & iocũdissima modulatiõe ei⁹ aurib⁹ offerat. Est enĩ discipline ipsi⁹ magna vis delectabilisq3 cognitio: quã doctores secularium litterarũ: largiente deo q pcedit omne qd vtile est: fecerũt doctrinabili lectione cognosci: q̃ in rerũ natura pri⁹ tenebat abscõdita. Prima g huiꝰ discipline partitio est: harmonica: rithmica: metrica. Scda partitio instrumẽtor ei⁹ est: in pcus-

sionalia: in tẽsibilia: in flatila. Tertia diui-
dit: in symphonias sex. Quarta diuiditur
in tonos q̃ndecim. Sic toti⁹ virt⁹ pulcherri
me isti⁹ disciplinę talib⁹ ꝑscorũ distinctiõi-
bus explicat: ꝑ q̃s modos i secularib⁹ libri
mira q̃dẽ legim⁹ ostẽsa fuisse miracula. Sz
vt fabulosa forte taceam⁹: ꝑ citharã canorã
dauid legim⁹ a saule fugasse demoniũ: mu
ros hiericho clangentibus tubis ꝓtinus
corruisse: lectio diuina testat: vt dubiũ nõ
sit musicos sonos: iubente tñ ac ꝑmittente
domino: magnas plerũq̃ fecisse virtutes.

Quia p̃ceptũ in israel est: τ iudi-
ciũ deo iacob. Dicit causam q̃re debeãt
tuba canere: q2 lex data est ꝑ moysen i isra-
elitico ꝑplo: qua cognita nll's peccare debu
isset. Judiciũ aũt deo iacob: id est: deo xp̃i-
anoꝝ. Jpse em̃ rationalẽ creaturã celesti ve
Jo.5 ritate iudicauit: sicut in euãgelio ait: Pat
nõ iudicat quẽq̃: sed omne iudiciũ dedit
filio. Hac ꝗ dispensatõe mirabili: dñm cõ-
stat esse laudandũ: q̃ τ legẽ dedit τ iudiciũ
futurũ suę maiestatis inotuit. Jacob enim
diximus significare ꝑplm seq̃ntẽ: q̃ adoptat⁹
ꝑ grãz xp̃i ꝑmę districtõis p̃cepta supauit.
Al.illud Testimoniũ in ioseph posuit: cũ
exiret ď terra egypti: linguã quã ñ
nouerat audiuit. Joseph: significat au
gmentatio: cui⁹ nominis interp̃tatio testi-
moniũ est hebręi populi: qui de terra egyp
ti multiplicatus exiuit. Sed hoc ad nostrã
generationẽ cõpetenter aptat. Nã sicut il-
le ꝑ maris rubri vndas saluat⁹ eiectus est:
sic nos a terra egypti: id est: a vitijs carna-
libus absoluti sacra vnda regnãte rena-
scimur. Nec nomẽ ipsum maris vacat: q̃a
sicut illud rubrũ cõstat dici: ita τ hęc aqua
rubra potest nũcupari: quę vna cũ sangui-
ne de latere domini saluatoris exiuit. Se-
quitur. Linguã quã non nouerat audiuit.
Linguã hic: noui testamenti p̃cepta debe-
mus aduertere. Nã si sermones itelligas:
quomõ linguã quã non nouerat populus
hebręus audiuit: cũ christũ dominũ locu-
tũ cõstet hebraice? Hoc ergo dicit: q2 ꝑ euã
geliũ audierũt linguã: id est: p̃cepta: q̃ ꝑ͛us
eorũ noticia ñ habebat. Siue illud signifi-
cat tẽpus: qñ apl̃i spiritusancto repleti: lin
guis ignotis τ varijs sũt locuti. Diuer
tit ab oneribus dorsum eius: ma-
nus eius in cophino seruierũt. Et
hoc q̃uis ad historiã dici videat: quãdo in
egypto iudęorũ populus diuersis necessi-
tatib⁹ seruiebat: modo vt lateres facerent:
modo vt terrã cophinis exhiberet: tñ illud
christianorũ partib⁹ diligẽtius applicam⁹:
a quorũ dorso auertit de⁹ onera peccatoꝝ:
qñ se felici humilitate ꝓsternunt: sicut ipe
dicit: Venite ad me oẽs q̃ laboratis τ one- Math.xi
rati estis τ ego vos reficiã. Cophinos aũt
dicim⁹: ꝑ quos sordiũ purgamẽta ꝓijcim⁹:
vt loci puritas elucescat. Man⁹ ergo suas
in eis tenent: qui peccatorũ immundicijs oc-
cupantur. Sed de hac seruitute liberamur
a dño: quãdo scelerũ nostrorũ sordibus ex-
piamur. In tribulatione inuoca-
sti me τ liberaui te: exaudiui te i ab
scondito tempestatis: ꝓbaui te ad Al.apud
aquã cõtradictionis. Jam quidẽ dñi
saluatoris verba referunt: τ poterat esse di
uisio: nisi post versum istũ diapsalma seq̃-
retur: vbi magis cõpetẽtius credimus esse
faciendũ. Sed quoniã ꝑsona mutata est:
hoc schema dicit Ethopoeia: quotiẽs ali- Eche
quẽ introducimus ad loquẽdũ. Imputan
tur em̃ beneficia: vt grauior estimet offen-
sa. Ipse em̃ nos de tribulatione liberat: ip
se in abscõdito angustiã nostrę tẽpestatis
exaudit: Sed ꝓbat nos in cõtradictiõib⁹
hęreticoꝝ: quando aliquib⁹ altercationib⁹
velut venti flatib⁹ excitamur. Nã si ad hi-
storiã referas: aquã ꝯtradictõis dicit: qñ in
deserto fluenta israeliticus ꝑplus incredulis
mẽtib⁹ expetebat. Audi ꝑplus me⁹ Al.nõ hz
τ loquar israel τ testificabor tibi: Al.cõtesta-
israel si me audieris nõ erit in te de borte
us recens: neq̃ adorabis deũ alie
num. Interiecto diapsalmate: q̃d nobis
est in diuisionib⁹ magnopere custodiẽdũ: ve
nit ad scdam partẽ. Sed cũ sit anteri⁹ loq̃
q̃z audire: hic prius positũ est: Audi: vt ad-
uertas ad intelligentiã poti⁹ dictũ: non ad
aurũ trãsitoriũ sonũ. Dicit em̃: Ppl's me⁹:
vt illã seq̃straret amurcã: q̃ torcularib⁹ ecclię
tanq̃ pars feculẽta ꝓijcit. Ille est em̃ ꝑplus
dei: qui nescit cũ malis aliqua morum ꝑ-
mixtione cõfundi: sed in olei pinguedine
ac puritate in christi gratia mundissimus
ꝑseuerat. Sequit. Isrl' τ testificabor tibi.
Cũ hic ante iudicẽ soleãt testes ꝓduci: ipe

domin⁹ iudicij testē se dicit esse veritatis:
vt nullus de factorū suorum cōpensatione
dubitaret: vbi talis astipulator existeret.
Qd̄ tñ cōsequenter exponit. Testificat̄ eñ
dñs: qm̄ in illo iudicio maiestatis sue vni-
cuiq3 dederit p factoꝝ suorū qualitate sen
tentiā: vbi testib⁹ opus nō erit vt iudicet̄:
sed ipm̄ iudiciū actuū nostrorū testimoniū
Matth. 25 dabit. Dictur⁹ est eñ iustis: Esuriui τ dedi-
stis mihi manducare: sitiui τ dedistis mihi
bibere. τ reliqua. Impijs aūt qd̄ talia non
fecerint imputabit: ita fit vt iudiciū ei⁹ nō
sine testimonio esse videat̄. Addidit. Isra
el si me audieris: nō erit in te deus recens.
Repetit israel: vt se familiarē intelligat: et
ad iussa dñi obediēter vota cōuertat. Ma-
gnū eñ sacramētū vno verbo cōcludit̄: vt
iam tunc vētura heresis veritatis sentētia
vinceret̄. Dixit eñ: Nō erit in te de⁹ recēs:
ne verbū patris quisq3 putaret esse sub tē-
☧ pore. Nā ille recens est: qui antiquiorē ha-
bet. Quapropter si recēs nō pōt dici: coe-
ternū debet mentis sanitas cōfiteri. Et ne
possit aliquis deū christum recentē dicere:
quē de maria virgine natū esse cognoscit:
cui⁹ humanitas facta pbat̄ esse sub tēpo-
re: dicit: Nō erit tibi de⁹ recens: qm̄ ipse est
qui ante omne principiū genit⁹ de patris
substātia equali cū eo coeternitate cōsistit:
regnās p infinita secula seculoꝝ. Unde mi
rabili sanctoq3 cōpendio patres nostri du-
as naturas pmanere i vno dño christo vni
tas atq3 pfectas dici τ credi maluerunt: vt
omniū hereticorū morbosa ac fetida eruc-
tuatio tanq3 hiat⁹ pestifer salubri remedio
clauderet̄. In te aūt qd̄ dixit: significat in
corde tuo: vbi debet veritas nō falsitas in-
ueniri. Adiecit. Neq3 adorabis deum alie-
nū. Cū supra interdixerit coli recentē deuz
nō debere: hic adorare deū vetuit alienū:
vt pene par sit scelus recentē deū putare: τ
nefanda idolis deuotione seruire. Intelli-
gāt ergo arriani quib⁹ sociati sint: qui se a
Al. eñ catholica sanitate disiungūt. Ego sū3
dñs de⁹ tuus qui eduxi te de terra
egypti: dilata os tuū τ implebo il-
lud. Reddunt̄ iuste cause quare de⁹ ado-
rari nō debeat alien⁹. Primū: qd̄ deus no-
ster imutabilis atq3 etern⁹ est: qui de se di-
Exo. 3 xit: Ego sum qui sū. Deinde: vt omnia in-
telligerem⁹ ab ipso fieri quecūq3 nobis p-
futura succedūt. Ait: Qui eduxi te d̄ terra
egypti. Que secūda species definitōis gre
ce Enneomatice dicit̄: latine notio nunci-
patur. Hec isto modo semp efficit̄: cū vnus-
quisq3 de factis pprijs indicat̄: que τ ipsi
tm̄ nō τ alijs videant̄ accidere. Sed hoc cū
iudeis ad historiā dicit̄: christiāoꝝ generali
tas cōmonet̄. Educit eñ nos d̄ terra egyp
ti: qm̄ p regeneratiōis gratiā a peccatis te-
terrimis liberat: qb⁹ tenebamur obnoxij:
cū man⁹ nostre: sicut ait sup⁹: in cophino
seruiebāt. Sequit̄. Dilata os tuū: τ imple-
bo illud. Dilata: diuulga: dissemina pdicē-
do vtiq3 vel admonēdo: vt illa velis loqui
que digna videant̄ auditu. Tūc eñ sensus
spirituali gratia repletur: qm̄ in laudes dñi
os dilatatū esse cognoscit̄: vt hoc p ipsius
gratiā inchoem⁹: τ ei⁹ munere cpleam⁹: si-
cut dicit apl's. Dilatamini τ vos: nolite iu- 2 Cor.
gum ducere cū infidelib⁹. Et nō audi-
uit popul⁹ meus vocē meā: τ isra-
el nō intēdit mihi. Et dimisi eos
scdm̄ desideriū cordis eoꝝ: τ ibūt Al. ...
in voluntatib⁹ suis. Quis impleue- Al. ...
rit dominus pphetarū ora dilatata: dicit ...
eos auditos nō fuisse ab israelitico popu-
lo: dum eius minime iussa cōpleuerit. Ille
eñ sue plebi tanq3 oleo loquebat̄: sed amur-
ca nō poterat audire: que erat velut inuti-
lis respuēda. Addidit. Et dimisi eos scdm̄
desideriū cordis eoꝝ: τ ibūt i volūtatib⁹ su
is. Sequit̄ vltio digna peccati. Nō eñ di-
mittit̄ impunit⁹ qui a dñi tuitione deserit̄.
Ille eñ quos relinquit affligit: quia malo-
rū omniū retributio est tāta bonitate frau-
dari. Putat eñ peccator gen⁹ esse benefi-
cij: dū suis voluntatib⁹ pmittatur explere:
dū dicat apostolus: Tradidit illos de⁹ in Ro. 1
cōcupiscētias cordis eoꝝ in imūdiciā. τ re-
liqua. Si plebs mea audisset me: Al. ...
israel si in vijs meis ambulasset.
Pro nihilo inimicos eorū hū- Al. ...
liassem: τ sup tribulantes eos mi-
sissem manum meam. Querendū est
quare plebem dixerit suā: que eum nō erat
auditura? Suā dixit: quia ei legem dixit:
miracula magna monstrauit: vt culpa cre-
sceret cum in eum plebis electa peccasset.
Et nota quēadmodū se in hoc pmo versu

subsequētia verba declarāt. Quod dixit:
Plebs mea: hoc significat: Israel. Qđ ait:
Audisset me: hoc vult intelligi: Si in vijs
meis ambulasset. Ille em̄ ⁊ audit dn̄m et
in vijs eiꝰ ambulat: qui mādatis ipsius nō
reperit̄ aduersus. Et vide ordinē fuisse ser-
uatū. Prius em̄ est doceri nos: ac deinde
audita cōpleri. Sequit̄ ꝑmiū qđ mereri nō
potuit indeuotꝰ. Ad nihilū inimicos eoꝝ
hūiliassem: ⁊ sup tribulātes eos misissē ma
nū meā. Generalit̄ sunt accipienda q̄ dicta
sunt: qꝛ tunc ille resistit inimicis nostris: qn̄
ei fuerimꝰ hūili satisfactione deuoti. Nam
si deo male agēdo resistimꝰ: ille iterū nostris
nō cōtradicit inimicis: nec manū defensio-
nis sup eos ponit q̄ se ab ipso sugba reluc-
tatione subduxerint. Vn̄ intelligere debe-
mus: qn̄ a nobis auertit̄: nō esse pietatis de
fectū: sed magnę vltionis aculeū. Suspē-
ditur em̄ interdū a defensione sanctoꝝ: qn̄
tribulationibꝰ ⁊ afflictiōe tēptant̄. Sed iu-
stos sic tēptari patit̄: vt nō deserat. Impi-
os aūt sic tribulari ꝑmittit: vt se ab eis red
dat alienū. Inimici dn̄i mētiti sūt
Ebrais ei: ⁊ erit tēpus eoꝝ in eternū. Post
verba dn̄i: redit asaph ad tertiā partē: ini-
micos eiꝰ digna execratione redarguens.
Mentiunt̄ em̄: qui bonis se pollicitationi-
bus obligātes: in pessimos iterū relabunt̄
errores. De paganis em̄ dici non potuit q̄
nulla fuerant dn̄i ꝓmissione ꝯstricti. Et ne
forsitan qđ eos florentes in hoc mūdo vi-
des: crederes iā relictos: addidit: In eter-
nū erit tēpus eoꝝ: scꝫ punitiōis: qn̄ illis di
Math.25 citur: Ite in ignē eternū. De quibꝰ etiā le-
Esa.66 git̄: Vermis eoꝝ nō moriet̄: ⁊ ignis eoꝝ
Ibi nō extinguet̄. Qđ schema Eclipsis grece:
latine defectus dicit̄: sed nō qui ꝑ ignoran
tiā deficit: sed q̄ se vt potissimū queratur ab-
M Et scōdit. Cibauit eos ex adipe fru-
E Alios menti: ⁊ de petra melle saturauit
eos. Hic pietas creatoris exponit̄: vt in-
imicos: id est: ingratos beneficijs suis re-
pleuerit quos superiꝰ dixit fuisse mētitos.
Ex adipe frumenti: siue manna significat:
D siue corpus dn̄i christi. Adipē quippe dici-
mus animaliū pinguedinē corpulentā: qđ
nomē ad frumentū abusiue translatū est:
vt significaret ei interius aliquā inesse bo-
nitatē. De petra melle: hoc est: de sapiētia
christi: qm̄ ipse petra est: de quo supnę doc
trinę mella manauerūt. Saturauit eos di-
xit: id est: sancta ꝑdicatiōe cōpleuit: sed ꝑ-
fidi ieiuni fuerūt fide: qui auribus aggra-
uati audire noluerūt. Cōclusio.

Edeamꝰ nūc ad sententiā supiorē:
r ⁊ more apū dulcissimis floribꝰ insi-
dentes: assidua repetitione suauia
mella carpamꝰ: qꝛ res salutaris quotiēscū-
q3 repetit̄: necessaria sp inde sumūt̄. Qua-
propter studiosissime ꝑquiramꝰ q̄re sit dic-
tū: Nō erit in te deꝰ recens: si reuera volu-
mus esse israel. In hoc em̄ verbo fidei toti-
us virtꝰ sanctissima ꝯtinet̄: In hoc sermo-
ne ineffabilis illa maiestatis natura decla-
rata est. Nā si deꝰ recens nō accipit̄: coeter
na sibi scā trinitas sine dubitatiōe sentit̄:
quia iunior ibi nō est: vbi senior nō ꝓbat̄.
Eternus est igit̄ pater: eternꝰ filiꝰ: eternus
spūssanctꝰ. Distinctio em̄ i ꝑsonis: vnitas
cognoscit̄ in natura. Omnipotēs pat̄: om-
nipotēs filiꝰ: oīpotēs spūsscꝰ: trinū qui-
dē nomē: sed vna virtꝰ: vna potētia. Filiꝰ
a patre incōprehensibilit̄ genitꝰ: spūsscꝰ
a patre ⁊ filio ineffabiliter ꝓcedens: pote-
stas nō accidēs: sed indiuidua manēs. Sū-
mitas sociabilis: regnū sine fine: glīa sem-
piterna: q̄ sola creat: sola pctā dimittit ⁊ cę-
loꝝ regna cōcedit. Sequit̄. Neq3 adorab
deū alienū. Deus alienꝰ est: q̄ in sacrilegas
culturas demētiū hoīm prauitate puenit:
nō essentiā deitatis habēs: sed honorē fal-
sę maiestatis accipiēs: nō q̄ hoīes creauit:
sed q̄ est ab hoībus fabricatꝰ. Alienꝰ reue-
ra: qm̄ alienata mēte repertꝰ. Hoc si vtrūq3
refugimꝰ: veri dei gratiā ꝓmeremur: q̄ no-
uit de se male sentiētes abijcere: ⁊ recte cre-
dentibꝰ beneficia digna ꝑstare. D

Explicit expositio in psalmū. LXXX
Incipit expositio in psalmū. LXXXI

Psalmus asaph.

Ictū est in ꝑfatione: psalmos vni-
d uersos esse dauiticos: ꝯ hos q̄ vo-
cabuloꝝ diuersitate ꝑnotant̄: ꝓpt̄
intelligentiā nominū suoꝝ in titulis fuisse
ꝑscriptos. Ponitur em̄ hic asaph: quod in-
dicat synagogā: quę dominū saluatorē cor
porea quoq3 ꝑsentia meruit iturī: quādo
dignatū est verbū caro fieri: ⁊ in gratia no-
strę viuificatōis occidi. Deniq3 psalmꝰ ipse

D

ſic inchoat: deū ſtetiſſe in ſynagoga deoꝝ. Nec illud omittenduȝ eſſe dyiudico: quare ſynagogā antiq̄ vocitauerit: quā nūc eccleſiā xp̄ianis tēporib⁹ nūcupam⁹: Synagoga eſt gnāliter dicta cōgregatio: nō ſatl' exprimens hoīm cetū. Eccleſia vero cōuocatio nūcupaṫ: que de diuerſis gētib⁹ aggregata colligiṫ. Cōuocari eñ ad illos ptinet qui ratiōe p̄cellūt: vt intelligam⁹ eccleſiaȝ dei ⁊ noīe creuiſſe ſp̄ ⁊ meritis. **Diuiſio.**

a Saph: que ꝑ ſignificatione ſui nominis in titulo ꝯſtat appoſitū: ꝯtra iudeos d̄ xp̄i aduētu: ꝑ totū loquiṫ pſalmū. In p̄ma parte cōmonēs eos in eorū medio cōſtituiſſe: ideo nō debere illos cōſortiū ſuſcipe pctōꝝ. Secūda parte admonet: vt intelligāt ip̄m eſſe xp̄m q̄ in aſſumptione carnis pauꝑ ⁊ egen⁹ eſſe videbatur. Tertio loco: dic eos honoratos vt filij dei fierēt: ſed ipſos in mortis laqueos ſuo vitio corruiſſe. **Expoſitio.**

Al'. diiudicat d **Eus ſtetit in ſynagoga deorū: in medio autē deos †diſcernit.** Uno verbo: ieſus xp̄s mirabili nobis breuitate declaraṫ. Ipſe enīȝ de⁹ ſtetit in ſynagoga: q̄ et ſedet ad dexteram patris. Situs eñ iſti corporales ſunt. Nā ſi maieſtatē ei⁹ intendas: vbiq̄ȝ totus: vbiq̄ȝ plen⁹ eſt: nec pōt dici a natura deitatis ſtare vel ſedere: qui nulla loci determinatiōe cōcludiṫ. Sed iſte aſaph in ſpectatione illūinat⁹: deū clamat ieſum xp̄m in ſynagoga ſtetiſſe: cui niſa eſt impiorū turba reſiſtere: vt affectu paterno corrigeret: q̄s in ſeip̄os potius cognouerat inſanire. Sic

Joh.j eñ de ip̄o ⁊ iohānes baptiſta dicit: Medius aūt veſtrū ſtat quē vos neſcitis. Addidit etiā: Deoꝝ: vt euidētius de hoībus dictū aduerteres: inter q̄s corporaliṫ habitaſſe cognoſciṫ xp̄s: ſicut hieremias ꝑpheta q̄

Baruch.3 dixit: Poſt hec in terris viſus eſt: ⁊ cū hoībus cōuerſat⁹ eſt. Nā hoc de hominib⁹ di-

Exo.7 ctū ſepi⁹ inuenim⁹. Un̄ ⁊ ad moyſen dicit: Cōſtitui te deū pharaoni. Et inferius pſalmus ipſe dictur⁹ eſt: Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi oēs. Sic eñ ⁊ filios dei: hoīes vocamus. Qd̄ ſi ad naturā deitatis referas: vnū eſt verbū qd̄ veraciter ac ꝓprie ſic debeat nūcupari. Dicimus nōnūq̄ȝ abuſiue

j.Cor.8 deos ⁊ ſuperas ptātes: ſicut ait ap̄ſ. Et ſi ſint q̄ dicanṫ dij: ſiue i celo ſiue in terra: nobis tñ vn⁹ eſt de⁹ pater. Sequiṫ. In medio aūt deos diſcernit. Ecce adhuc incarnatio ei⁹ ſitu corporeo declaraṫ. Nā cū dicat: In medio: locale ſpaciuȝ ſignificat: qd̄ turbis ambigētib⁹ cingebaṫ. Diſcernere eñ ad p̄ſentiā ptinet intellectuſq̄ȝ diuinū: q̄nos de maſſa pctī eripit: ⁊ ad celorū regna ꝑduc. Un̄ etiā ap̄ſ dicit: Quis eñ te diſcernit? j.Cor.

tur: qm̄ cauſis aut ꝑſonis cōuenieñter apta
tur. Captabūt in aiam iuſti: τ ſan
guine innocentē cōdemnabūt. Hoc
frequēter legim⁹ in martyrib⁹ factū: vt tru
culenti ꝑſecutores aliq̄ dolo intercipe nitā
tur aias innocētes. Captabūt eñ dixit: q̄
ſi captioſe tractabūt: q2 verā cauſam crimi
nis in talib⁹ inuenire nō poſſunt. Iſtud au
tē qḋ ſequit: ſub execratione legendū eſt:
Et ſanguinē inocentē cōdemnabūt: vt qḋ
ſcelerib⁹ datū eſt: improbitas hoim virtu
tib⁹ tribuere nō recuſet. Sanguis eñ ꝓ do
lore perit ſancti: cui laus τ obſequiū debu
iſſet offerri. Hoc τ ad dñm ſaluatorē pōt re
ferri: q̄ vere innocēs atq3 imaculat⁹ ꝓ nr̄a
redēptione ſentētiā iniuſte cōdēnatōis ex
cepit. Et fact⁹ eſt mihi dñs in refu
giū: τ de⁹ me⁹ in †auxiliū ſpei mee. Al'. adiutoriū
Ut oſtēderet ꝑſecutiones hoim nil valere:
eo tēpore magis dicit diuinū ſibi ꝑueniſſe
refugiū: qm̄ ſupbia hūane ꝑſecutiōis infla
ta eſt. Per hanc eñ ſancte martyrū germi
nant palme: ꝑ hāc coronalis illa btitudo ꝑ
parat: ꝑ hanc nuptialis ſtola conceditr: per
hāc celoꝝ regna reſerant: τ quicq̄d deſide
rio magno petit: ipſa poti⁹ ſeuiēte ꝑſtatur.
Sequit. Et de⁹ meus in auxiliū ſpei mee.
Dū dicit: Auxiliū: oſtēdit ſe adhuc eſſe paſ
ſurū. Propter hoc deniq3 addidit: Et ſpei
mee: qm̄ hic ſpem habem⁹ nō rē tenemus.
Sz cū illud tēpus reuelatiōis illuxerit: ſpē
relinquem⁹: q2 iā noſtrū deſideriū poſſide
mus: ſicut dicit aplus: Nā qḋ videt q̄s ſpq̄d Ro. 8
ſperat: ſi aūt qḋ nō videmus ſperamus: ꝑ
patiētiā expectam⁹. Quapropter ſicut cla
morē ſanctorū in ſupiorib⁹ ꝓpheta decla
rauit dicēdo: Uſq3quo peccatores dñe: vſ
q3quo pctōres gloriabunt: ita nūc ponen
do: Et fact⁹ eſt mihi dñs in refugiū τ deus
me⁹ in auxiliū ſpei mee: cauſā toti⁹ heſita
tiōis abſcidit. Et reddet illis iniq
tatē ipſoꝝ: τ in malicia eoꝝ diſper
det eos †dñs de⁹ noſter. Ecce oīs du Al'. diſperdet
bitatio ſaluberrimo fine curata eſt. Nā il illos
los q̄s dicebat dñs nō videre: neq3 intelli
gere: oportuno tēpore retribuet illis opati
ones ſuas. Sed intelligam⁹ quid ſit qḋ di
cit: Et reddet illis iniq̄tatē ipſoꝝ: τ in mali
cia: id eſt: retribuet malis ſm vota neq̄cie
ſue: nō ſm illud bonū qḋ vident facere ne
ſciētes. Nā q̄ ſanctiſſimos ꝑſequunt: ad ce
lorū quidē regna trāſmittunt: ſ credunt ſe
ꝑdē: q̄s ſtatuerint iniq̄ volūtate trucidare.
Uerū iſti tales i illa parte iudicādi ſūt in q̄
maliciā cōcepiſſe noſcunt. Et nota qḋ hoc
nomē malicie: oīm criminū capax eē dicat.
Nā ſicut caritas multifarias virtutes cōti
net: ita malicia crimina diuerſa cōplectit.
Diſperdet eos: id eſt: a ſuo regno efficit ali
enos: vbi incōprehēſibilē penā ſuſtinēt ma
li: cū a tāto munere reddunt extranei.

r ESpiciam⁹ hunc psalmū q̄ decore resplendeat: quē admodū illi murmuratiōi cōpeten ter obiect⁹ est: qua maxime laborat hūanitas. Nullus inuideat pituris: nullus felices estimet q̄ sub ęternitate dānandi sunt. Amem⁹ potius afflictōes: que faciūt ppetuo felices. Nā si amarā medici potionē n respuim⁹: vt mereamur tēporalē suscipere sospitatē: q̄s istud sane mētis affectare nō debeat: qđ se ppter eterna gaudia subire posse cognoscat? Maxime cū in ipsis miserijs ampli⁹ opitulet̃ nobis dextera creatoris. Et ideo nō debem⁹ esse solliciti: q̄r non nos talis ipugnat: q̄lis est ille q̄ vindicat.

Conclusio.

Explicit expositio in psalmū. XCIII

Incipit expositio in psalmū. XCIIII

Laus cantici ipsi dauid.

v IItus psalmi isti⁹: nec obscura nominū interp̄tatione p̄dicit̃: nec historię alicui⁹ similitudine declarat̃: sed hoc apte breuiterq̄ p̄ forib⁹ legit̃: qđ in penetralib⁹ inuenit̃. Laus vocis: significat deuotionē. Canticū: hilaritatē mētis: qđ in ope psalmodię vtrūq̄ debet esse sociatū: quaten⁹ officiū lingue nostrę ꝯiuncto gaudio cōpleat̃. Ipsi dauid: significat dominū saluatorē: cui laus ista cantat̃. Nam p̄ncipia psalmi de ipo canūt: posteriora vero ab ipo dño pferunt̃. Cōsidera q̄r laudes hūanę augmētis ⁊ exaggerationib⁹ efferūtur. Pręconiū vero diuinū qualibet excellentia dicat̃ retractatū: tamen semp altius inuenitur.

Diuisio psalmi.

p REiudēs ppheta turbā iudeoꝝ: christo dño posse resistere. Primo ingressu ad psalmodiā inuitat populos hebreoꝝ: laudes dñi dulcissima veritate describēs. Scđo ipse loquit̃ dñs christus: ne cor suū induret idē ꝑplus iudeoꝝ: ⁊ hoc eis ꝯtingat qđ patrib⁹ eoꝝ q̄ nō meruerūt terrā repromissiōis intrare. Sic mirabili dispēsatione pfectū est: vt inuitationib⁹ blandis: p̄mū ppheta ipsos hortaretur: deinde ipe dñs obstinatissimos admoneret: q̄tenus corda eoꝝ lapidea ꝯsiderata domini sui maiestate mollescerēt.

Expositio.

v EnIte exultem⁹ dño: iubilemus deo salutari nostro. Velut quidā pręco iudicis: excitator ipsi gallus ecclię orātes inuitāt: vt de somno hui⁹ sęculi euigilātes: laudes dño debeāt iocūda exultatōe ꝯcinere. Venite em̄ illis dicit̃ q̄ longe positi sentiūtur: q̄ se necdū fidei integritate iunxerunt. Nam q̄uis a dño nō reddamur absentes: q̄m vbiq̄ tot⁹ est: tñ lōginqui efficimur: cū actuū nostroꝝ q̄litatib⁹ ꝑ mouemur: sicut p pphetā dñs dicit: Pp̄l's hic labijs me honorat: cor autē eoꝝ longe est a me. Esa.29 Deinde ad q̄s epulas inuitet ostendit. Ait em̄: Exultemus. Sed q̄m est ⁊ sęculi isti⁹ exultatio q̄ maxime aīos occupat infideles: addidit: Dño: de q̄ vera p̄sumptiōe gaudet̃: vbi exultatio ędificationē repit: nō vtiq̄ ruinaꝫ. Sequit̃. Iubilem⁹ deo salutari nr̃o. Iubilare: sępe dixim⁹: magnū modū eē letitię: q̄ q̄uis verbis nequeat explicari: tñ amplissima voce declarat̃: int⁹ eē designās gaudium: cui sermo nō sufficit. Nā cū dicit: Salutari nr̃o: significat dñm saluatorē: qui nobis salutē moriēdo cōcessit: patiēdo exemplū tribuit: resurgēdo salutaria munera cōdonauit. Hoc em̄ verbo sat abundeq̄ mōstratū est: cui laus ista diceret̃. Preoccupem⁹ faciē eius in cōfessiōe: ⁊ in psalmis iubilem⁹ ei. Pręoccupare: est ante aliquid facere: q̄ illi videri possit qui credit̃ aduenire. Faciē: dicit ꝯspectū eius: q̄n tēpore iudicij sui cunctis impijs terribilis apparebit. Cōfessionē vero dixim⁹ duobus modis accipi debere. Cōfitemur eniꝫ cū dñi laudes religiosa deuotōe psoluim⁹. Cōfitemur etiā q̄n pctā nostra pęnitētię satisfactione dānam⁹. Qđ hic admonet fieri debere: vt añ iudicialē aduentū debeam⁹ nostra facinora ꝯfiteri: ne veniēs discutiat qđ nos sine dubitatione ꝯdēnat. Sequit̃. Et in psalmis iubilem⁹ ei. Inspice q̄ moderamine cūcta disponat: cōfessioni tribulationē dedit: iubilatiōi leticiā: vt vtraq̄ rerū vicissitudine desecat⁹: fideliū deuot⁹ animus offerat̃. Nec vacat qđ iterū: iubilem⁹ ait: vt rē nimis necessariā ex ipsa repetitione cognosceres. Q̄m de⁹ magnus dñs: ⁊ rex magnus sup oēs deos. Hinc iā p tres versus: causę referunt̃ quare debeat dño iubilari. Quę figura dicit̃ Etiologia: id est: causę redditio. Dicēdo em̄: Q̄m de⁹ magn⁹ dñs: ostēdit nullū esse po-

norẽ. Magn⁹ q̃ppe non dicit̃: nisi q̃ summe ptãtis arcẽ tenere mõstrat̃. Sequit̃. Et rex magn⁹ sup oẽs deos. Deos frequẽter legimus ab hoibus ɔfictos: vt iouẽ: martẽ: saturnũ: ceteraq̃ꝫ idola: sicut ⁊ in subsequẽti psalmo dictur⁹ est: Qm̃ oẽs dij gentiũ demonia: dñs autẽ celos fecit. Legim⁹ etiam deos: sanctos viros a dño ɔstitutos: vt est
Ps.8j illud: Deus stetit in synagoga deoꝝ: ĩ medio aũt deos discernit. Sup illos aũt siue quos hoĩes fecerũt: siue q̃s ipe fecit: rex est magn⁹ oĩpotens christ⁹: qui eos ampli⁹ excellit q̃ pot ꝑuatis regia ptãs eminẽ. Qui reuera ꝓprie dicitur rex: qm̃ ⁊ creat oĩa ⁊ regit vniuersa. Qm̃ nõ repellit dñs plebem suã. †Qm̃ in manu ei⁹ †oẽs fines terre: ⁊ altitudines montiũ ipsius sunt. Post magnitudinẽ dñi ꝑdictã: venit ad ei⁹ mirabilẽ infinitãq̃ꝫ clementiã. Dicit eñ: iudeã plebẽ dñm nõ repellere: quã sibi cognoscit̃ elegisse. Inde eñ ꝓphete: inde apl̃i: ⁊ multi fideles q̃ dño sincera mente crediderũt: sic dicit apl̃s: Quid
Ro.xj dicem⁹ fratres? Nũ quid repulit dñs plebẽ suã quã ꝑscivit? Absit. Nã et ego israelita sũ ex semie abraã de tribu beniamin. Sequitur. Quia in manu ei⁹ omnes fines terre. Istud ad gentes ꝑtinet vniuersas: q̃ christo dño fideli deuotiõe subiecte sũt. Unus eñ paries fuit plebs iudeoꝝ: alter vocatio gẽtiũ: qui in angulari lapide: id est: in xp̃o dño veniẽtes: ora quodãmõ sua insolubili
Math.2j caritate iunxerũt: de quo scriptũ est: Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes hic factus est in caput anguli. Adiecit: Et altitudines montiũ ipsi⁹ sũt. Altitudines montiũ: sũt ptãtes seculi honoresq̃ꝫ terreni: q̃s ideo dicit esse dñi: ne de ipoꝝ elatione turbemur. Nã licet mare vẽtis seuiẽtibus itumescat: habet tñ terminũ litus suũ: sic ptãtes seculi mensurã dñatiõis accipiũt: q̃uis incaute de sua ptãte glorient̃. Qm̃ ipsi⁹ ẽ mare ⁊ ipse fecit illud: ⁊† arida man⁹ ei⁹ †fundauerũt. Mare: significat gẽtes: que in hoc seculo diuersis vitioꝝ flatibus cõmouent̃. Quas ideo dicit factas a dño: vt oĩa voluntati ipsi⁹ subiecta esse cognosceres. Omnis eñ q̃ res aliq̃s operat̃: in sua ptãte habet illa q̃ facit: sicut ⁊ alius
Ps.85 psalm⁹ dicit: Omnes gẽtes quascũq̃ꝫ fecisti: veniẽt ⁊ adorabũt corã te dñe. Sequit̃. Et aridã man⁹ ei⁹ finxerũt. Dixit: mare: nũc dicit: ⁊ aridã: que terra merito intelligit̃: q̃ ꝑ se semꝑ arida est: nisi aut fluuioꝝ: aut imbriũ inundatione riget̃. Sic ⁊ nostra corda ad bonos fructus sterilia atq̃ꝫ arida sũt: nisi dñi misc̃dia cõpluantur: ⁊ instabiles nos atq̃ꝫ titubantes dono sue misc̃die fundare dignet̃. Quapropt̃ sicut supius dictũ ẽ: his omnib⁹ iũgendũ est: Jubilem⁹ ei. Uenite adorem⁹ ⁊ ꝓcidam⁹ †ante eũ: †ploremus ante dñm qui fecit nos. Al. nõ h3 / Al. et
In ꝑncipio psalmi inuitat ꝑp̃lm ad iubilationẽ: nunc hortat̃ ad penitẽtie sospitatez: merito q̃ꝛ ꝑus ad exultationẽ rudes populos inuitauit: ne adhuc trepidãtib⁹ imponeret q̃ꝺ pauescere potuissent. Sed postq̃ꝫ dñi gloria potẽtiaq̃ꝫ narrata est: apte ɔfessionẽ plorationis imposuit: q̃ñ instruct⁹ animus nõ potuisset respuere saluberrimã potionẽ. Et nota q̃ꝺ hic sancte orationis forma tribuit̃. Adoremus eñ dicit: corporis nos inflexione curuem⁹. Procidam⁹ autẽ: ante ip̃m nos ꝓsternam⁹ totaq̃ꝫ mẽbroruz effusione tendamur. Q̃ꝺ fieri solet q̃ñ animus nimia cõpunctiõe flãmatus: ꝑcũ hũilitate deponit̃. Adiecit: Et plorem⁹ añ dominũ q̃ fecit nos. Magna fiducia est añ illũ gemere qui nos dignatus est sua pietate plasmare. Cito eñ cognoscit facturã suã: si ad se nostra viderit corda cõuersa. Añ dominũ est ergo plorare: pios fletus effundere: ⁊ pessima facta dãnare: vt earũ rerũ indulgentiã mereamur: q̃s dñi timore deserimus. Nã si tota cordis puritate dep̃cemur facile nos qui fecit ⁊ reficiet. Sic ꝑ figuraz Characterismos: orantiũ imago descripta est. Quia ipse est dñs deus noster. Sche
Et nos ppl̃s †eius ⁊ oues †pascue eius. Hodie si vocẽ ei⁹ audieritis. Al. pascue / Al. manus
Triplex causa reddit̃ q̃re dñs debeat adorari. Primũ: q̃ꝛ ipse est de⁹ noster: vt iuste illi videat̃ munus adorationis offerri. Deinde: q̃ꝛ nos sum⁹ populus eius. Sequitur. Et oues pascue eius. Hoc eñ tertiũ q̃ꝺ cõstat esse ꝓmissum. Dicit̃ eñ iteruz quid sint fideles: vtiq̃ꝫ oues pascue dñi. Pascua significãt supna dona: quib⁹ anima suaui epulatione saginat̃. Et bene definituz est: quid sit populus christian⁹: oues pascue:

qui ęternis delitijs felici sorte satiatur. Oues: significant cordis simplicitatē: quam habere cōstat ꝑplm qui pastori suo māsueta pietate ꝯsentit. Sed his omnibꝰ ꝓponitur vna cōditio: Hodie si vocē eius audieritis: scꝫ quā subter dicturꝰ est. Nā qui vocē ipsiꝰ nō audit: nec grex ipsiꝰ dicitur: nec in pascuis col-
Joh. 10 locatur: sicut in euāgelio legitur: Oues meę vocē meā audiūt: & sequuntur me meę: & ego cognosco eas: & nullꝰ rapit eas de manu mea. &c. Hodie: significat semper: quia iugiter audiēdus est: qui salutariter monet. Cuiꝰ sermo-
Heb. 3 nis vim aplus potēter expssit: Sꝫ adhortamini vosmetipsos ꝑ singlos dies donec hodie cognoiatur. Hactenꝰ ꝓpheta locutꝰ ē: nunc subsequētia videamus. **Nolite ob-**
Al. irritatiōe durare corda vestra. Sicut in exacerbatione scđm diē teptationis in deserto.** Peruentū est ad ingressū secundū: vbi iudęos dñs saluator alloquitur: ne parentū suorꝫ obstinationibꝰ imitatis: a requie dñi reddantur alieni. Dicit enim: Nolite obdurare corda vestra: quia nō credentiū corda oino lapidea sunt. Et vere silicibꝰ cōparanda: quę imbrē fructiferū nō recipiūt: quia sterilitatis suę ariditate durescunt. Ponit qꝫ exempla celeberrima: vt qui eos obstinatos esse nouerat: notissima calamitate terreret. Tēptatio enim iudaica: sicut in exo-
Exo. 16 et 17 do legitur: ꝯtra moysen graui murmuratiōe surrexit: dicēs nec escā sibi in deserto dari: nec aquā potabilē diuina largitate cōcedi. Rem quidē necessariā postulabant: sed ideo fuit corꝫ detestabilis volūtas: quia nō est credita in diuinitate potētię. Quapropter culpa illis parentū necessarie repetitur: vt debita vindicta timeatur. **Ubi tēptauerūt**
Al. nō b3 **me patres vestri: ꝓbauerunt me & viderūt opera mea.** Ubi: sicut supius dixit: significat in deserto. Illic enim fragilitas hūana deū tēptauit: sed statim virtus diuinitatis apparuit: qñ esca venit ex aere: potꝰ ex lapide. Sed petra ꝓduxit aq̄s: corda vero infideliū duruerūt in lapideā siccitatē. Sed q̄ demētia est adhuc sequi prauitates illorꝫ: in quibꝰ tā vehemēter cognoscatur vindicatū? Nā cū dicit: Patres vestri: & eos qꝫ significat obstinatos: quia illū vnusquisqꝫ habet patrē quē cognoscatur imitari:
Joh. 8 sicut iudęis in euāgelio ipe dñs dicit: Uos ex patre diabolo estis. Sequitur. Probauerūt me & viderūt opa mea. Probauerūt vtiqꝫ: qñ māna esurientibus pluit: qñ illis coturnicū tributa ē multitudo: qñ irriguę aq̄ de saxorū siccitate fluxerūt. Nam qđ addidit: Et viderūt opa mea: infidelitas eorum arguitur: qui carnalibꝰ oculis intuiti sunt qđ cordis lumine minime crediderūt: & ideo: viderūt dixit: nō crediderūt. **Quadraginta annis primus fui generationi huic: & dixi sp isti errant corde. Et ipsi nō cognouerūt vias meas.** Tēpus hoc in magnū sacramētū ꝓbatur esse memoratū. Nā cū quadraginta diebus ad mysticū numerū dñs ieiunauerit: cū alios q̄draginta dies cū aplis post resurrectionē fecerit: vt totꝰ mūdus crederet: iudei obstinati repti sunt: q̄ q̄dragintā annorū bñficijs acquiescere noluerūt. Quibꝰ iō paratur maior ruina: quia in eis grandescit diuturna supbia. **Quibus iuraui in ira mea: si introibūt in requiē meā.** Duobus modis iurare dicitur deꝰ. Iurat placidus atqꝫ mitis: sicut in alio psalmo legitur: Semel iuraui in sancto meo si dauid mētiar. Hic aūt iurare dicitur iratꝰ: quia vindictā noscitur cōminari. Sꝫ hoc iusiurandū ad firmitatē pollicitatiōis manifestū est ꝑtinere. Nā si hoies iurant vt ꝓmissa custodiāt: quāto magis iurare dicitur deꝰ: vt res p̄dictę necessaria stabilitate cōsistāt. Sed ille ꝑ se iurat q̄ nō habet potiorē: sicut & ipse abrahę dicit:
Per memetipm iuraui dicit dñs: nisi bñdicens benedicā tibi. Hūanitas aūt inuocat deū: quia ipsum ꝑfidię nouit vltorē. Hinc est qđ homines ꝓhibentur iurare: quia ꝓpria possibilitate non valent ꝓmissa complere. Quid ergo iurat dñs? Quoniam nō intrabūt in eius requiē obstinati: sed ęterna mors suscipiet: qui nō meruerūt ad satisfactiōis eiꝰ munera ꝑuenire. Merito siquidē ad requiem intrare non possunt: qui ipm christū ianuā trāquillitatis offendūt. Perscrutādū est aūt: quid sibi velit qđ dicit: Si itroibūt in requiē meā? Quē locum gentiū doctor tali modo explanat dicēs. Et requieuit deus in die septima ab omnibꝰ operibus suis. Qui ergo igressus est in requiē eius: etiam ipse requieuit ab operibꝰ suis: sicut & a suis deus. Significat enim beatitudinis il-

us tempus: quādo iusti post agonē seculi illius eterna requie pfruunt. Quod impijs vtiq nō dabitur: qui sua malignitate diuerunt.

Cōclusio psalmi.

a Udite iudei: sacrilega mēte durati: ut si beneficia nō recolitis: saltē debita supplicia formidetis. Quid est aliud: in requiē dñi nō introire: nisi ppetua tormenta suscipere? Nō vos implicet quesum⁹ error alienus: patrū vestroꝝ desideria meliore cōditione mutate. Si aquas in siccitate poscitis: ad fontē dñi cōuenite. Si māna desideratis: corpus dñi saluatoris accipite. Illa dederūt vestris patribus penā: vobis ista tribuūt requiē sempiternā. Quinimo priores vestros fide superate: incredula eoꝝ corda respuite. Audientes illuminationē diuinā credite: qđ illi etiam vidētes cecata noluerūt voluntate recipere. Nolite dissimulare dñi tēpus est: naȝ sustinebitis postea iudicē: si modo nolueritis agnoscere monitorē.

Explicit expositio in psalmū. XCIIII

Incipit expositio in psalmū. XCV

Canticū dauid quādo dom⁹ edificabat post captiuitatē.

q Uantū ad litterā ptinet: tēpus illud significat in titulo: cū a Zorobabel filio Salathiel post captiuitatē tēplū hierosolymitanū cōstat eē reparatū: quod vsq ad supficiē terre chaldeoꝝ man⁹ inimica destruxit. Sed cuȝ nihil tale in sub sequētib⁹ dicat: nec aliqñ titulus discrepet a narratiōe psalmoꝝ: restat vt eum spūaliter exqrere debeam⁹. Destructa domus edificat: qñ aīa post captiuitateȝ pctī ad intelligentiā veritatis cepit dño pstante remeare. Dom⁹ em̄ ista: id est: vniuersalis eccīa: in q̄ christus inhabitat viuis lapidibus sp extruit: qr quotidie de cōfitētib⁹ edificatōis sumit augmentū: nec edificare desinit: donec vsq ad finē seculi pdestinatorū numer⁹ impleat. Abente sane cōdendū est: psalmū hūc scōm eē eoꝝ: q de pmo z scōo aduētu dñi ploquūt. Diuisio.

i N pma pte psalmi cōmonet pphetа gnālitatē cantare dño: z in toto orbe terrarū annūciare dñice incarnatiōis aduentū: qm̄ sup oēs deos ipse verus ē dñs. Scōa parte: diuersas admonet gentes: vt pmo semetipsos offerāt: postea munera pdicatiōis exoluant: dñi aduentū vtrūq cōmemorās: qñ est iudicatus ab homine: z qñ iudicaturus venerit mundū.

c Antate dño cāticū nouuȝ: cantate dño oīs terra. Expositio.

Supiore psalmo cōmonuit ppha iudeos: vt deposita duricia cordis ad credulitatē venirēt dñi xpi. Sed qr in illis pmāsura erat obstinata malignitas: cōueniēter nūc admonet gētes: vt canticū nouum debeāt edicere. Cātat em̄ dño cāticuȝ nouū: q vetere hoīe deposito p gratiā baptismatī feliciter innouat. Et tūc de ipso domus dñi edificat: qñ post imperiū diaboli in numerū beatissime cōgregatiōis acquirit. Iste cātus est qui mentē purissimā psolat: ista modulatio q̄ medullit⁹ delectat: qñ se cātat aīa: q̄ se a pctis p dei graȝ estimat eē liberādā. Seqt. Cātate dño oīs tra. Repetitio ipsa suauis ē: nec in tali vbo pōt eē fastidiū: vbi se nulli⁹ explere valet affect⁹. Dicēdo em̄: Oīs terra: catholicā significauit eccliam: q̄ p cūctū orbē noscit esse diffusa. Breui em̄ cōpēdio: z iudeū pfutauit: qr gētes admisit: z donatū destruxit: qr gnālitati pfessionis graȝ nō negauit. Nā vt homines itelligeres: Cātate dixit: qui reuera pñt laudes dñi psonare. Deinde: qr pluralē numerū aptauit ad terrā: qđ vtiq nō cōueniret: si tellurē voluisset intelligi. Cātate dño z bñdicite nomē eius: bñ nūciate de die in diē salutare eius. Nō vacat qđ ista repetitio trino decore cōstructa ē. Laus em̄ xpi: toti⁹ honor est trinitatis. Ipsi⁹ qppe nomē bñdicim⁹: qñ salutare nrm p oīa pfitemur. Que figura dicit Epimone: id est: repetitio crebra sentētie: q̄ siue in laudib⁹/siue i vitupatiōib⁹ decent adhibita: magnā vim exaggeratiōis accumulat. Seqt. Bñ nūciate d die in diē salutare ei⁹. Dies de die: duos significat dies absolute: qđ ptinere ad scripturas testamēti noui z veteris estimam⁹: qr vtreq eterni solis claritate resplēdent. Et inde bene nūciat salutaris dñi: p quas z ventur⁹ z venisse monstrat⁹ est. Prophete siquidē pmiserunt aduentū: euangeliste venisse declararunt. Ita factum est: vt duo celestes dies annunciasse eius gloriam comprobentur.

Al. nomini
Al. ānūciate

Sche

Annūciate inter gentes gloriā eius: in oib⁹ pplīs mirabilia eius. Cū superi⁹ dixerit: Nūciate salutare eius: hic dicit: Annūciate gloriā eius: qđ vtrūq3 aptissime positū est. Dn̄s eñ saluator nūciandus erat: gloria vero ei⁹ annūciāda p gētes: q2 tāti miraculi p̄dicabāt auctorē. Audiat iude⁹ seq3 intelligat cōtumacię suę iniq̄tate cōtem ptū: q2 nō dicit hebręis: annūciate: sed gentib⁹. Et ne hoc aliḱ possis aduertere: addidit q̄: In omnib⁹ pplis: q̄ dicto vniuersas gentes absoluta ratiōe cōplexus est. Sequiḱ. Mirabilia ei⁹: id est: incarnationis arcanū: q̄ dn̄ sit altissim⁹: fact⁹ est p nobis liberādis hūilimus. Intelligam⁹ aūt quātū pfecerit ędificatio sanctę dom⁹: quę totū orbem nosciḱ complexa terrarū.

Sche

Qm̄ magn⁹ dn̄s et laudabilis nimis: terribilis est super oēs deos. Hic dicit quare miracula ei⁹ debeant et gloria predicari: qm̄ magnus est dn̄s. Quę figura diciḱ Etiologia: id est: causę redditio. Magn⁹: ad ptātem ptinet: q2 sup cūcta potētior est. Laudabilis: ad pietatē: qm̄ dū essemus captiui: pcioso sanguine nos redemit. Nimis aūt: cōgruit ad vtrunq3: q2 nec q̄tū magn⁹: nec q̄tuz laudabil' sit poterat explicari. S3 qm̄ ɔsiderātię estimatio deficit: pulchre addidit: Nimis: ita n̄ exponēdo qđ intendebat significauit vberrime: et declarauit nō cōprehēdendo qđ voluit. Sequitur. Terribilis est sup oēs deos. Hic debemus aduertere deos q̄s sibi gentilitas impia p̄sūptione cōposuit. Nā eos in sequēti versu manifestat: qm̄ q̄uis illi stultis mētibus exorabiles et metuēdi eē videanḱ: multo terribilior est dn̄s: cui⁹ nec multitudo miraculoꝝ pōt intelligi: nec plenitudo maiestatis agnosci.

Ƀ

Qm̄ oēs dii gentiū demonia: dn̄s aūt celos fecit. Mirabiliter p quintā speciē definitionis: quę grece Cata antilexin: latine ad verbū diciturt: cōprehēsū est q̄d sint dii gentiū: id est: demonia. Demonia sūt eñ q̄ nulli p̄stāt: s3 in se credētes sp decipiūt: sp illudunt. Nā3

ET

q̄uis demones: latine sciētes vocenḱ: quasi dei mones: in hūano tñ sermone cōuitiū est: dū ita dicimus quos execratione dignos esse iudicam⁹. Nō immerito: qm̄ in illis vera sciētia nō est: quę creatoris sui nō obsecūdant arbitrio. Sic et sapiētes philosophos esse dicim⁹: sed hos consequiḱ aplī definitiua sentētia. Sapiētia huius mūdi stulticia est apud eū. Vn̄ necesse est: vt hos sciētes: p nō intelligentib⁹ habeam⁹. Demonū ē igiḱ a deo quidē: sicut et bonoꝝ angeloꝝ excellēs hoīes creata substātia: q̄ ppria faciēte supbia eousq3 puenit: vt naturali dignitate deposita malis opib⁹ sp insistat. Hęc sunt demonia quę alios pdunt: et seipsa decipiūt. Hęc sunt vtiq3 dii gentiū qui p infructuosas vaticinationes et futuroruz vana p̄stigia festinant aīas decipere ɔsulentū. Sequiḱ. Dn̄s aūt cęlos fecit. Ecce reuera dn̄i digna laudatio. Nā cū dicit: Cęlos fec: oēs in ipsis factas creaturas sufficienter ostēdit. Sic eñ in maiorib⁹ minora cōplectimur: cū dicim⁹: ciuitatē ędificatā: domū cōstructā. Ibi eñ reliquę partes cōprehēdunḱ: vbi generale diciḱ nomē. Et respice quo tēdat: Cęlos fecit. Dii falsa hominū imaginatione repti sunt: deus aūt cęlos fecit: vbi illi nec accedere/nec habitare pmerenḱ. Siue cęlos: aplos et sanctos viros significat: q̄ demonib⁹ impare dn̄i munere cōsueuerūt. Sic demōstratiuū dicēdi genus sub breuitate cōpletū est. Vituperauit eñ supi⁹ deos gentiū: et laudes dn̄i subsequēter adiūxit: q2 gratior diei splēdor ē: cū nox obscura p̄cesserit.

j. Cor. j.

P

RHE

Confessio et spēs i ɔspectu ei⁹: sanctitas et magnificētia in sanctificatione ei⁹. Generalitatē quā instituit admonere vtilitatē catholicę religionis ostendit. Dicit eniz quēadmodū et speciosi et magnifici reddantur q̄ ad indulgentiā pctoꝝ puenire meruerint. Confessionē siquidē bene sequiḱ pulchritudo: q2 nemo pōt esse speciosus: nisi q̄ dn̄i fuerit miseratione mundatus. Fedos nos pctā nostra faciūt: s3 penitētię reddūt lauacra decoros. Et ideo mūdissimā speciē ante dn̄i dicit stare ɔspectū: quę fuerit fideli cōfessiōe purgata. Sequiḱ. Sanctitas et magnificētia in scrificaciōe ei⁹. Excolit qđ supius dixit. Ipsa est eñ spēs quę fidelib⁹ daḱ: sanctitas et magnificētia: id est: honor et beatitudo ppetua. In sanctificatione vero ei⁹. significat illā vocē quā audituri sūt electi: Venite bñdicti patris mei: percipite regnū quod vobis paratum est ab origine

mundi. Ecce species que nec sole reddatur
fusca: nec vetustate deterior. Semp fulget:
semp noua est: nec aliqd sustinet aduersuz
que nō habet in ꝑennitate defectū. Nā qd
dixit: Et magnificētia: illud significat: q sp
magni sunt: semp excelsi q honorari eiꝰ san
ctificatione meruerunt. **Afferte dn̄o
patrie gentiū: afferte dn̄o gloriā et
honorē.** Postq̄ magnalia dn̄i ⁊ beatoꝝ
dona ꝑdicauit: in scd̄a parte studiosius cō-
monet gētes: vt omni cūctatione deposita
afferāt dn̄o gloriā ⁊ honorē. Nam cū dicit:
Patrię gētiū: plus significat: q̄ si solas di-
ceret gentes. Gens em̄ aliqñ potest habere
ꝑegrinos: ⁊ dū natio dicit: nō aduenas cō-
plectimur: sed tm̄ gentē vnius sanguis in-
dicamꝰ. Hic vero dictū est: Patrię gentiū:
vt nullus indigena: nullus hospes: nullus
ET ꝑegrinus redderet exceptꝰ. Patria em̄ dic-
ta est: quasi patris atria. Sequit. Afferte
dn̄o gloriā ⁊ honorē. Admonet etiā vt illa
generalitas dn̄o gloriā afferat ⁊ honorem.
Gloria est dn̄i: cū se aliqs laudabili ꝯuersa-
tione tractauerit. Glorificat em̄ dn̄s in tali
bus: qñ de fideliū fuerit cōuersatiōe lauda
tus: sicut in euāgelio discipulis suis dicit:
Mat. 5. Sic luceat lux vestra corā hoībus: vt vide-
ant vestra bona opa: ⁊ glorificēt patrē ve-
strū qui ē in celis. Honor est aūt dn̄i: qñ in
donis suis ei gratias referimꝰ. Et si qd bo-
ni suscepimꝰ: ab ipso ꝯfitemur eē collatū:
Luc. 17 sicut in euāgelio legit: Nōne decē mūdati
sunt: ⁊ nō est inuentus q daret honorē deo
nisi hic samaritanus? **Afferte dn̄o glo-
riā nomini eiꝰ. Tollite hostias ⁊
introite in atria eius.** Sicut supra dix-
it trina repetitiōe: Cātate: ita hic tertio po
nit: Afferte: vt sacramēta sanctę trinitatis
i dogmate christiano inesse sp agnosceres.
Afferūt itaq gloriā nōi eiꝰ: q deuotōis stu
dio cōmutant in meliꝰ: ⁊ ꝯsubstantialē sibi
trinitatē atq omnipotētem ꝑ oīa cōfitent:
ꝑsonis tm̄: nō naturę diuersitate discretā.
Sequit. Tollite hostias: ⁊ introite in atria
eius. Hostias: nō victimas pecudū dicit: s
cōscientię pura libamina: vnde nō sanguis
currat: sed pię lachrymę defluāt. Istę sunt
hostię quas in quinquagesimo psalmo dix-
Ps. 50 it: Cor contritū ⁊ humiliatū deus nō sper-
nit. Sed cōsidera: q prius posuit: tollite: ⁊
sic introite: q qui tales hostias nō portāt:
in atria dn̄i nō iudicant intrare. Nō est au-
tem ociose suscipiendū: qd plurali numero
posuit: atria. Atria em̄: sunt dn̄i apl̄i vel ꝓ-
phetę: ꝑ quos fidelis populꝰ intrat ad do-
minū. **Adorate dominū i atrio san-
cto eius. Commoueat a facie eiꝰ
vniuersa terra.** Tunc reuera dn̄s adora
tur: qñ fuerint hostię portatę: quas superiꝰ
intimauit: vt supplicatio cōfitentis mereat
ad aures ꝑuenire creatoris. Nec vacat qd
in anteriore versu: atria posuit: hic vero sin
gulariter: atriū dic: q ex illis atrijs: id est:
patriarchis / aplis ⁊ ꝓphetis: in istud atriū
catholicę dūtaxat ecclesię ꝑuenit: vbi eius
potētia maiestatis adorat. Sequit. Cōmo
ueatur a facie eiꝰ vniuersa terra. Quoniaz
dixerat fidelibꝰ: bona opa tollite ⁊ itroite:
nūc dicit a facie ipsiꝰ amatores sęculi sub-
mouēdos. Nō em̄ dixit: Cōmoueat an fa-
ciē eius vniuersa terra: sed a facie eiꝰ. Qd
hodieq illis dicimus: quos a cōspectu no-
stro reddimus alienos. Qui bene terra dic ℞
ti sūt: q terrena vitia nō relinquūt. Quis
hoc alij in bonā partez accipi debere dixe-
rūt: vt tunc terra cōmoueat: quādo pecca-
tor ad penitētiā fuerit deo miserāte ꝑduc-
tus. Sic scripturę diuinę incōprehēsibilis
ꝓfunditas: ⁊ diuersis modis intelligit: et
vna cōstare veritate monstrat. **Dicite in
nationibus: †dominꝰ regnauit† a li-** Al' quia
gno. Etenī correxit orbe terre qui Al. nō hʒ
**nō cōmouebit: iudicabit populos
in equitate† ⁊ gētes in ira sua.** Illos Al. nō hʒ
admonet reuerēda mysteria gentibꝰ ꝑdica
re: quos in atrio sancto dn̄m adorare ꝑce-
pit: vt in nationibꝰ a ligno crucis dn̄m de-
beant dicere regnatuꝝ: nō ab illo ligno pa
radisi: vnde diabolus genꝰ humanū vide-
batur tenere captiuū: sed ab isto scʒ ligno
vnde libertas caput extulit: ⁊ vita surrexit.
In illo siquidē ligno mors transgressionis
pependit: in isto fides cōfessionis emicuit.
Illud ꝑduxit ad inferos: istud mittit ad cę
los. Regnauit autē: intelligamꝰ innotuit:
quādo mundo dn̄s saluator apparuit. Naz
qñ ille nō regnauit: qui semp cū patre ⁊ spi
ritu sancto potestatl sue omnipotētia ꝑseue-
rat? A ligno: alij quidē nō habent transla-
tores: sed nobis sufficit quod septuaginta

interp̄tũ auctoritate firmatũ est. Crux eñi
dñi prauũ atq; distortũ correxit orbẽ terre:
dũ p regulã fidei paganoꝝ corda ꝯuertit.
Terrã eñi hic in bono debemus accipere:
qd in scripturis diuinis frequẽter ꝓ locoꝝ
qualitate inuenis esse variatũ. Hanc autẽ
terrã dicit nõ esse penitus cõmouẽdã: q̄ in
soliditate fidei ꝑseuerat: ñ sic illa quã supi-
us dicit: Cõmoueaꝛ a facie eius omnis ter
ra. Illa cõmoueꝛ: vt a malis cõuertaꝛ ope
ribus: ista nõ cõmoueꝛ que vere fidei soli-
ditate cõsistit. Sequiꝛ. Judicabit p̄plos in
equitate. Populos hic mauult hoies fide-
les intelligi: qui iudicãdi sũt sub trãquilli-
tate supne miscdie: qñ eis p̄mia ꝓmissa re-
stituet. Nã qd addidit: Gentes in ira sua:
supbos iniquosq; designat: qui portionez
cũ diabolo sortiunꝛ. Et vide queadmodũ
duob⁹ sermonib⁹: tantarũ rerũ designat ar
cana. Equitas ꝑtinet ad beatos. Ira ad pe
nas ꝑpetuas impioꝝ. Et nota qꝛ p oia co-
mata versus hui⁹: iungendũ est a cõmuni:
dicite in natiõibus. **Letenꝛ celi ⁊ ex-
ultet terra: ᵗmoueaꝛ mare ⁊ plenitu
do eius.** Qm̃ supi⁹ dixit: Judicabit po-
pulos in equitate: ⁊ gẽtes in ira sua: p que
futuri iudicij tẽpus ostẽdit: mõ fit pulchra
nimis ⁊ iocũda digressio. Dicit eñi tunc le-
tari celos: ⁊ exultare terrã: ⁊ cõmoueri ma-
re. Celos: significat: sicut sepe dictũ ẽ: apo-
stolos et ꝓphetas: vel reliq̄s fideles quos
diuina maiestas tãq; celũ nosciꝛ insidere.
Terra vero indicat pctõres: q̄ tñ satisfacti-
onis bñficio ad grãz dñi redire meruerint.
Ipsa eñi terra exultare põt in aduẽtu iudi-
cis sui: que se a pctĩs ꝓprijs intelligit abso
lutaz. Sequiꝛ. Moueaꝛ mare ⁊ plenitudo
ei⁹. Mare hic ꝓ p̄plis ponit: qui in salo hu-
ius seculi cõstituti diuersis tẽpestatib⁹ agi-
tanꝛ. Isti mouenꝛ ad gaudiũ: qñ cõuersio-
nis dona susceperint. Nã vt vniuersitatẽ
gentiũ itelligere debuisses: posuit: Pleni-
tudo eius. **Gaudebũt cãpi ⁊ omnia
que in eis sunt. Tunc exultabũt
oia ligna siluaꝝ.** Campos hic siliter in
bono debem⁹ accipere: qꝛ illa plana dicim⁹
que pulcherrima equalitate tẽdunꝛ. Cam-
pos ergo: dicit viros iusticie laude pollen-
tes: nõ supbia tumidos: nõ asperos iracũ-
dia: sed mãsueta lenitate planissimos. Se-

quitur. Tunc exultabũt omnia ligna silua-
rũ. Tunc: scdm dicit aduentũ qñ iudicatu-
rus est mundũ. Ligna siluarũ: p se amaros
⁊ steriles ferũt fructus: sed cũ fuerint insi-
ta: dulcissima vbertate pinguescũt. Sic gẽ
tes que ṗus fuerant velut ligna siluarũ: ad
culturã fructiferã ꝑducte: magno sunt gau
dij munere letature. Sed cũ dicit: Omnia
ligna: illã partẽ vult intelligi: que inseri bo
nis p̄ceptis potuit ac mutari. **Ante faciẽ
dñi ᵗ qm̃ venit: qm̃ venit iudicare
terram.** Quia dixerat credẽtes esse leta-
turos: nõ dicit in angulis: nõ in secretis: ſ
ante faciẽ iudicis: qñ inestimabilis ⁊ copio
sa leticia est: qñ p̄mia tribuunꝛ: ⁊ securitas
sine fine p̄staꝛ. Et ne primũ illũ incarnatio
nis dñi putares aduentũ dicit: Qm̃ venit:
Et subsequiꝛ: Qm̃ venit iudicare terrã. Nã
si in alio primo comate sentẽtiã terminas-
set: poteras illũ aduentũ q̄ iã transactus
est forte sentire. Sed cum addidit: Qm̃ ve
nit iudicare terrã: illũ nos tñ voluit intel-
ligere quẽ adhuc noscimur sustinere. De q̄
etiã ezechiel ꝓpheta testaꝛ. Hec dicit dñs
deus ossibus istis. Ecce ego induco in vos
spiritũ ⁊ viuetis: ⁊ dabo in vos neruos: et
inducã sup vos viscera carnis: ⁊ extendaz
sup vos cutẽ: ⁊ dabo spiritũ meũ in vos et
viuetis: ⁊ scietis quia ego suz dñs. Daniel
q; dicit: Et multi dormientiũ in terra p̄ fis-
suras exurgent: hi in vitã eternã: ⁊ hi in op
probriũ ⁊ ꝯfusionẽ. Terrã vero hic: vniuer
sum mundi p̄plm dicit: vt bonis p̄mia: ma-
lis supplicia eterna restituat. **Judica-
bit orbẽ terre in equitate: ⁊ pp̄los
in veritate sua.** Pri⁹ posita est cõplexio
generalis: qꝛ orbẽ terrarũ: id est: vniuersuz
hominẽ: equitas diuina iudicabit. Subse-
quẽter autẽ: queadmodũ iudiceꝛ exponit:
dicendo: Populos in veritate sua: qm̃ in il
la sequestratiõe dextre partꝭ ⁊ sinistre: duo
erunt populi: quib⁹ veritatis sue sententia
dabit: vt qui ei fideliter crediderũt: ei⁹ reg-
ni beatitudine ꝑfruanꝛ. Qui vero ꝑtinaci-
ter mũdi vitia sunt secuti: penas debitas
cũ suo auctore sustineãt. Perquirendũ sa-
ne: quod ⁊ hic Orbem terrarũ dicat: ⁊ in se
quẽti psalmo ponat: Illuxerũt fulgura ei⁹
orbi terre: ⁊ in alijs plurimis locis ipo sche
mate terrã perhibeat esse conclusam. Ite-

M. cõmoueaꝛ

Rom

Ezech. 37

Danie.

numq; centesimus sextus psalmus quatuor cardinibus terre spacia comprehendat: dicẽs: A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilone ⁊ mari. Cuiꝰ rei euidentissimũ q̃z euãgelij extat exemplũ: vbi dicit: Emittet angelos suos cũ tuba ⁊ voce magna: ⁊ cõgregabũt a q̃ttuor angulis terre. Vñ merito esti mo ꝑquirendũ queadmodũ possit: ⁊ q̃drano ⁊ circulus cõuenire: dũ schemata ipsa (sicut geometria dicũt) videant̃ esse diuersa. Formã terre ideo scriptura orbẽ vocat: eo q̃ respiciẽtibus extremitatẽ eiꝰ circulus speciẽ appareat: quẽ circulum greci Orizonta vocãt. Quattuor aũt cardinibꝰ eã formari dicat: q: quattuor cardies: q̃ttuor angulos q̃drati significãt: qui intra ꝑdictũ terre circulũ continent̃. Nã si ab oriẽtis cardine in austrũ ⁊ in aq̃lonẽ singulas rectas lineas ducas: siliter q̃z ⁊ si ab occidentis cardine ad ꝑdictos cardines: id est: austrũ ⁊ aquilonẽ singulas rectas lineas tẽdas: facis quadratũ terre intra orbẽ ꝑdictuz. Sed quõ quadratꝰ iste demõstrãdus intra circulũ scribi debeat: euclides in quarto libro elemẽtorũ euidẽter insinuat. Quapropt̃ recte scriptura sancta: faciẽ terre ⁊ orbẽ vocat: ⁊ q̃ttuor eã dicit cardinibꝰ cõtineri. Cõclusio.

a Udiamus q̃ nos ꝑpheta cõmoneat cantare dño: afferte ad eũ hostias viuẽtes. Nõ sit nobis pars cuz diabolo: ⁊ erit sine dubitatione cũ christo. Tũc eni sicut titulꝰ ait: post captiuitatẽ peccatoꝝ: dñi domus ex nobis põt edificari: si meruerimꝰ viui lapides inueniri. Obsecremus iugiter: deꝑcemur incessant̃: agnoscit humilẽ cũ ad damnãdũ venerit ꝯtumacẽ: nec puniet peccatorem cum ꝓbauerit iugiter confitentẽ.

Explicit expositio in psalmũ. XCV

Incipit expositio in psalmũ. XCVI

Psalmus ipsi dauid cũ terra eiꝰ restaurata est.

p Salmꝰ: ipsi ⁊ dauid: ꝯstat ad christũ dñm esse referẽdũ. Sequit̃. Cũ terra eius restaurata est: id est: cuz pctõres q̃ ab ipso declinauerãt: errore prauitatis eius gratia suffragãte ad ipm defecata mẽtis sinceritate redierũt. Sicut factum est in iudeis: qui post illam impietatẽ crucifixionis: cõuersionis sunt gratiã cõsecuti. Põt ⁊ aliter accipi: vt terra restaurata: resurrectionis eiꝰ videat̃ indicare mysteria. Mortuũ est q̃ppe corpꝰ ipsius lege cõi: sed restauratũ est in glorie munere singulari. Quapropter meminerimꝰ hunc psalmũ quartũ esse de pmo eius aduẽtu: p quẽ mũdus noscit̃ esse liberatꝰ. Diuisio.

i N primo membro psalmi ꝑpheta post resurrectionẽ dñi virtutes eiꝰ diuersa ꝑdicatione describẽs: idolorum cultores digna increpatione redarguit. Secũdo: ad dñm verba cõuertit: gaudens ecclesiã catholicã auctori suo recte credidisse. Cõmonet etiã fideles vt letẽtur in dño: q: cõsueuit eos eripere qui vident̃ crudelium insecutionibus subiacere.

o Dminus regnauit exultet terra: letent̃ insule multe. Expositio. Uidens ꝑpheta mũdum execranda hoim supstitione cõfusuz: laudes dñi mirabili varietate describit: vt infideles agnoscẽtes verũ deũ: vlteriꝰ spez in rebꝰ vanissimis nõ haberẽt: factũq; est initiũ qḋ ⁊ breuiter cuncta cõcluderet: ⁊ de tyramẽta oia submoueret. Dñs regnauit. Quis ergo alter colẽdus est: nisi ille qui solus cognoscit̃ imperare? Sequit̃. Exultet terra. Quid iam remaneat idolis si vniuersa terra nomẽ veneret̃ auctoris? Terra eni sensibilis lapidẽ nõ debet adorare brutissimũ: q: ipse sibi negat effectũ qui ab insensatis petit auxiliuz. Unus tñ lapis est angularis qui spiritualiter coli debeat ⁊ timeri. Adiecit: Letent̃ insule multe. Regnãte itaq; dño: p totũ mundũ disposite letẽtur ecclesie: que merito insulis cõparantur: q: mundi fluctibꝰ ambite circũlatrantiũ psecutionũ numerositate tundunt̃. Sed sicut iste seuiẽtibꝰ fluctibus nesciũt ledi: ita nec sancte ecclesie pturbationibꝰ aduersariorũ ꝓbantur immi nui: quinpotiꝰ illos suis cautibus frangũt: qui in eas vndosis culminibꝰ irruert̃. Et vide q: dicit: Multe: nõ omnes: ꝑpter hereticas prauitates: qui erroribus suis ecclesiarũ nomen imponunt.

Nubes ⁊ caligo in circuitu eius: iusticia ⁊ iudicium correctio sedis eius. In hoc versu q̃lis sit dñs impijs religiosis q; narrat̃. Nubilosus ⁊ caliginosus cernit̃ indeuotis: dũ cordi tenebroso nulla

claritate resplendet: sicut lippis oculis sol
vmbrosus aspicit: q2 nebulas illas nõ ha-
bet origo luminis: sed debilitas contracta
Job.9 carnalis: sicut ipse dicit in euangelio: Ego
in hunc mũdũ veni: vt qui nõ vident vide
ant: et qui vident ceci fiant. Contra subse-
quit: Justicia et iudiciũ. Hoc illis videt do
min⁹: q̃ sunt puro corde mũdissimi. Quos
bene correctionẽ vocauit: q2 errore prauita
tis exuti: sedes sunt dñi saluatoris. Quos
ille sua maiestate iã possidet: sic legit: Se-
des sapiẽtie anima iusti. Ordo aũt verbo-
rũ talis est: Sedis ei⁹ correctio: reuera q̃a
tortis mentib⁹ nõ põt insidere iusticia. Et
nota q̃ p istũ et quattuor versus alios q̃ se-
quunt aduẽtus dñi p̃mus varijs allusioni
Sche bus indicat. Que figura dicit Characteris
mos: q̃ latine informatio vel descriptio nũ
Al'. p̃cedet cupat. Ignis ante ipm †p̃ibit: et in-
flamabit in circuitu inimicos eius.
Ante aduentũ dñi ignis p̃cessit: qñ p̃dica-
tione pphetarũ infideliũ corda fremuert:
vt iracũdie ardore succẽsi de p̃dicantiũ ne-
ce tractarẽt. Ipse ergo ignis q̃ ante ipsum
p̃ibit: sed suos poti⁹ ɔsumpsit auctores: si-
cut esaias ppheta dicit: Et nunc ignis ad-
uersarios cõsumet. Sequit. Et inflãmabit
in circuitu inimicos eius. Inflammauit: si
cut diximᵘ: ad indignationẽ ptinet: et subi-
tũ animi calorẽ: quẽ illo tẽpore sancte eccle
sie patiebant inimici. In circuitu: vndiq3
debem⁹ aduertere: q2 dũ pauci essent p̃di-
catores: aduersariorũ erat circũdans et innu-
Al'. Alluxerũt merabilis multitudo. †Illuxerũt ful-
gura ei⁹ orbi terre: vidit et cõmota
est terra. Pulcherrima nimis facta ẽ ap-
taq3 cõparatio. Nã sic cõmote nubes atq3
collise: sicut physici dicũt: fulgura iaculan-
tur: ita pphetarũ verba veritatis indicia lã
pauerũt. Deniq3 eos in scripturis diuinis
frequẽter legis nubib⁹ cõparatos: vt est il-
Esa.5 lud: Et nubib⁹ mãdabo ne pluãt sup eam
imbrẽ. Intẽdam⁹ etiã qḋ hic iterũ schema
terre: sicut in supiore psalmo iã dictũ est: in
orbe descriptũ est. Ipse est orbis qui appel-
Geo lat et circulus. Circulus aũt ẽ: sicut geome-
P̃ tria definierũt: forma plana q̃ ex vna circũ
ducta linea cõtinet. Ad quã ab vno punc-
to de his q̃ in medio forme cõstituta sunt:
oẽs deducte recte linee equales sibi inuicẽ

sunt. Qua cõplexione recognita valde no-
ta nobis efficit forma terrarũ. Significat
etiã tot⁹ mũdus: et p directam lineã celi: q̃
diametros mundi ab astronomicis vocat:
vt est illud: A solis ortu vsq3 ad occasũ lau
date nomẽ dñi. Linea aũt: intelligibilis ẽ
longitudo sine latitudine: a puncto incho- P̃
ans in punctũ desinẽs. Pũct⁹ vero est: cui⁹
pars nihil est. Meminisse autẽ debemus
qḋ hec omnia: siue punctũ: siue linea: siue
circulus: siue trigonus: siue quadrãgulus:
vel alia huiusmodi theoremata: quotiens
ad aspectũ veniũt: corporalib⁹ definitõib⁹
cõcludãt: id est: sensibilib⁹: q̃tiẽs vero sola
mẽte capiunt: itelligibilia tñ esse nõ dubi-
um est. Quorũ noticiã pleniorẽ in libris ge
ometrice discipline diligens lector inueni-
es. Sequit. Vidit et cõmota est terra. Vi-
dit terra: illud significat: qñ hoies verbũ
dñi cordis lumine cognouerũt. Cõmota ẽ:
magne p̃dicationis nouitate ptemita ẽ: vt
dep̃henderet se insensata idola colere: dũ
haberet adorabilẽ dñm summũ creatorẽ.
Montes sic cera fluxerũt a facie Al'. lib3
dñi: a facie dñi †tremuit omnis ter-
ra. Hic montes: significat hoies: qui et se-
culi hui⁹ altitudines appetũt: et isensata su-
perstitione durescũt. His mirabiliter cõpa
rata est cera liquens: qñ tanto facili⁹ in pe
nitentiã defluxit: quãto se duricia immobi
les esse crediderũt. Nã cũ dicit: A facie dñi:
ostendit vnde sicut cera fluxerũt montes:
qḋ et in alio psalmo legit: Nec est qui se ab Ps.18
scõdat a calore ei⁹. Sed cũ repetit: A facie
dñi tremuit omnis terra: illos significat q̃
ipsi⁹ miseratione cõspecti ad satisfactionis
remedia puenerũt. Qḋ hodieq3 fieri ɔpro-
bamus: cũ ptãtes seculi: vl' pagani: vel he-
retici vocati dãnantes supsticiosum votũ:
diuinũ magis eligũt subire seruitiũ. An-
nunciauerũt celi iusticiã eius: et vi-
derũt omnes populi gloriã eius.
Post nubes p̃dictas: quas intelligi dixim⁹
in pphetis: venit ad celos quos aplos de-
bemus aduertere: quorũ p̃dicationib⁹ sanc
tis iusticia dñi mundo salutaris innotuit.
Sequitur. Et viderũt oẽs ppli gloriã eius.
Viderunt hic: nõ carnalib⁹ oculis: sed cor- 3
dis lumine debemus accipere. Gloria enĩ
audiri: nõ videri solet. Nã et alibi legit: qḋ

sic intelligẽdũ est: Et vidimus gloriã eius
gloriã quasi vnigeniti. Siue vt quidã vo-
lunt: ꝑspicabilis dñi significat aduentus.
Intueamur etiã huius dñi: ꝙ diuersis mo
dis ꝑmus indicet aduẽtus. Dixit ignẽ: di-
xit fulgura: dixit montes: dixit celos: ⁊ per
hec omnia vnũ votũ est annũciare dñm sal
uatorẽ. Quod schema dicitur Enigma: id
est: obscura sentẽtia: quãdo aliud dicit: et
aliud vult intelligi. Confundantur
omnes qui adorant idola: qui glo-
riantur in simulacris suis. Ado-
rate eũ omnes angeli eius. Aduẽtu
dñi ꝓphetato: idoloꝝ cultores increpat: q̃
tanta manifestatione declarata: nõ erube-
scant adhuc colere: nescio quas ineptias.
Idolũ quippe dictũ est: qđ ipm sit dolum:
id est: hominũ falsitate repertuꝫ. Simula-
crũ a simulatiõe sacra cõpositũ: qđ illis de-
tur honor alien⁹. Sic vtraqꝫ fugiẽda: ipso-
rũ noim interp̄tatiõe declarant. Et qm̃ spi
rit⁹ imũdi se cupiũt adorari: duꝫ falsos sibi
honores vendicãt: q̃s eoꝝ iniq̃tas nõ mere
tur accipe. Uide quid sequit: Adorate euꝫ
omnes angeli ei⁹. Bonus eñ angelus ado
rat dñm: q2 recto corde suũ cognoscit auc-
torẽ: nec se ab hominibus adorari ꝑmittit: si-
cut in apocalypsi angelus iohãni ꝓciden-
Apoc.19 ti ad pedes suos dicit: Uide ne feceris: cõ
seru⁹ eñ tuus sum ⁊ fratrum tuorũ. Mali
eñ ꝑcipiunt se adorari: sicut in euãgelio sa
thanas dixit dño christo: cũ eũ assũpsisset
Math.4 in mõtẽ: ⁊ ondisset regna mũdi: Hec oïa ti-
bi dabo: si ꝓcidens adoraueris me. Audi
uit ⁊ letata est syon. Et exultaue-
rũt filie tue: ꝓpter iudicia tua dñe.
Uenit ad secundũ membrũ: in quo cõuer-
sus ad dñm ꝓpheta letus exultat: q2 syon
id est: ecclia catholica: iudicia dñi puro cor
de ꝑcepit. Nã verbũ qui creditur⁹ audit se
audisse letat: qui vero subdola mẽte ꝑcepe
rit cõtristatus abscedit: quia cõtra volũta-
tẽ suã qđ nõ esset creditur⁹ audiuit. Syon:
sicut sepe diximus: mons est hierosolymis
cõstitutus: cui⁹ interp̄tatio significat specu
lationẽ. Que bene sancte dat ecclesie: qm̃
in cõtemplatiua virtute ꝑsentẽ dñm semp
aspectat. Sequit. Et exultauerũt filie iude.
Filie iude: significãt religiosas mẽtes ꝓba
bilesꝗ ꝑsonas. Que ideo filie iude dicunt:
qm̃ christo credere maluerũt: qui ex origi-
ne iude descẽdisse monstrat: vnde dicti sũt
⁊ iudei. Et quare letata sit syon: ꝯsequẽter
exponit. Propter iudicia tua dñe: id est: q2
tristiciã seruoꝝ tuorũ cõuertis in gaudiũ:
⁊ supbũ diabolũ humilitatis virtute ꝓster
nis. Quoniã tu es dñs altissim⁹ Al. nõ hꝫ
sup omnẽ terrã: nimis exaltatus es
sup omnes deos. Supra omnẽ terrã:
hic bene itelligim⁹ peccatores. Supra om-
nes deos: iustos hoïes cõpetẽter aduerti-
mus: quos deos recte frequẽti expositiõe
ꝓbatum est. Siue qm̃ p hec duo significat
eũ: ⁊ terrenis creaturis ⁊ celestib⁹ imperare:
sicut ⁊ ali⁹ psalmus dicit: Quoniã omnia Ps. 118
seruiũt tibi. Qui diligitis dñm odi
te malũ: custodit dñs animas sanc- Al. seruoꝝ
toꝝ suorũ: de manu peccatorũ li- Al. peccatoris
berauit eos. Uidet ⁊ hic cathegoricus Syl.
syllogism⁹ ita posse formari. Sãcti diligũt
dominum: qm̃ custodit dñs animas eoꝝ ⁊
de manu peccatoꝝ eripit eos. Omnes qui
diligunt dñm: qm̃ custodit dñs aĩas eoruꝫ
⁊ de manu pctõꝝ eripit eos: odiũt malũ.
Sancti igit odiũt malũ. Nunc psalmi ver-
ba tractem⁹. Hic bonos alloquit ⁊ fideles:
vt a diaboli malicia segregẽt. Ipse eñ iure
dr malus: p quẽ venit omne pctm̃. Quid ẽ
ergo dñm diligere? Odisse diabolũ. Quia
sicut scriptũ est: Nemo põt duob⁹ dominis Matth. 6
seruire. Que figura dicit Parison: id est: Sche
equatio sentẽtie: cõstans dissimilib⁹ mem-
bris. Et ne quis diabolũ timuisset offende
re: sequit: Custodit dñs animas sanctoruꝫ
suoꝝ: de manu peccatoꝝ liberauit eos. Iã
nemo dubitet odisse malũ: qñ dñs animas
cognoscitur custodire sanctorũ. Sed vide
q2 dicit: Animas: ne te teneres ad corpora
que passim tradit ad penas: vt martyrib⁹
reddat coronas. Liberat eñ de manu pec-
catoꝝ animas: qñ eas nõ sinit aliqua pra-
uitate subuerti: sed ita illesas eripit: queãd
modũ sibi bñplacitas esse cogñscit. Lux
orta est iusto: ⁊ rectis corde leticia.
Iusto dicit ortã lucẽ: id est: verissimã fidẽ:
vt illuminat⁹ talia credat: que eũ ad celoꝝ
regna pducãt. Est quidẽ ⁊ sanctoꝝ lux ista
cõis: quã indiscrete vident ⁊ homines ⁊ iu-
menta. Sed illa lux eoruꝫ ꝓpria dicit: que
christo sole ꝑstatur: de qua dicturi sunt in-

Sap.5 pij: Errauim⁹ a via veritatis: ⁊ iusticie lumen nõ luxit nobis: ⁊ sol nõ est ort⁹ nobis. Rectis vero corde oritur sine dubitatione leticia: qñ deo pstante talia gerunt: que sibi pfutura cognoscũt. Sic ⁊ in isto loco indicatũ est: qꝛ mũdi amatores nec firma leticia: nec vero lumine pfruunt.

Letamini iusti in dño: ⁊ cõfitemini memorie† sanctitatis eius.

Al. sanctificationis — Cũ supius dixerit que bona iusti dño pstante suscipiãt: nunc iterũ ipsos cõmonet: vt in dño letari debeant: non in hũano desiderio: aut in hui⁹ seculi ruinosa iactãtia: sicut ait esaias pphe-

Esa.48 ta: Nõ est gaudere impijs dicit dñs. Cõfitentur autẽ iusti memorie sanctitatis eius: qñ in illo regno ppetuo fuerint collocati: recordantes de quãta clade hui⁹ seculi dño sint miserante subtracti.

Conclusio.

Consideremus hunc psalmũ: q̃ salubri nos institutiõe cõponat. Ab idoloꝝ culturis phibet: vnde eternam mortẽ potuissem⁹ incurrere. Laudes dñi cõpetenter insinuat: vnde vita nostra sine dubitatiõe succedat. Docet afflictões nõ pauescere: nec mala hui⁹ seculi formidare. Omnia enĩ piculosa: oĩa mortifera magno cõpendio possumus euadere: si salutis nostre diligam⁹ auctorẽ: sicut dicit aplus:

2.Cor.4 In omnib⁹ tribulationẽ patimur: sed non angustiamur: deficim⁹ sed nõ perim⁹: semp mortificationẽ iesu in corpore nostro circũferentes: vt ⁊ vita iesu manifestet in carne nostra mortali. ⁊ cetera que doctor egregi⁹ ad instruendũ humanũ genus salutariter noscitur elocutus.

Explicit expositio in psalmũ. XCVI

Incipit expositio in psalmũ. XCVII

Psalmus ipsi dauid.

Simplices isti tituli: planissima nobis verboꝝ positione subrident. Referunt enĩ ad dñm saluatorem: de cui⁹ incarnatiõis gloria ⁊ secũdo aduẽtu psalmus iste dictur⁹ est: qui tãta varietatis gratia describunt: vt licet sint sepius pdicti: noui semp ⁊ mirabiles hũanis sensibus elucescãt. Hunc enĩ de his reb⁹ tertiũ esse nõ dubiũ est. Sed isti qui vtrũq̃ aduẽtũ dñi sub vna relatione cõplexi sunt: magna nobis sacramẽta declarãt. In vno q̃ppe cõmonent: vt misericordẽ dñm querere debeamus: in altero vt futurũ iudicẽ formidemus. Sic ista salutaris pciosaq̃ cõmonetio: ⁊ spei nobis causas tribuit ⁊ timoris.

Diuisio.

Per totũ psalmũ pphe ta loquit. In pma parte cõmonet: vt ppłus christian⁹ cantica noui exultatione letet: qñ mirabilis est christi dñi pcessus aduẽtus. Scda parte: diuersis modis vberius dicit esse letandũ: qꝛ expectatũ iustis ei⁹ noscit puenire iudiciũ: in quo sunt miscdia dñi pmia digna sumptur.

Cantate dño cãticũ nouum.

Expositio.

Propheta fideles admonet christianos: vt noue regeneratiõis sacramẽta sumẽtes: nouũ canticũ de dñi incarnatione cõcelebrẽt. Nou⁹ enĩ homo cantare debet canticũ nouũ: nõ ille vetustus q̃ necdũ ade pctã deponẽs: in puaricatione veteris hoĩs pseuerat. Nouũ vtiq̃: qꝛ nũq̃ aliqd simile mũdus audiuit. Nouũ quod nulla vetustate sordescat: sed semp in sue dignitatis gratia pseuerat. Sꝫ vnde veniat istud canticũ nouũ: subĩ aperit.

Quia mirabilia fecit† domin⁹. Al. nobis

Saluauit† eũ dextera ei⁹: ⁊ brachium sanctũ eius. Al. sibi

Causa reddit cantici noui: quia mirabilia fecit dñs: scꝫ qñ cecis lumen: claudis gressum: surdis etiã donauit auditũ. ⁊ cetera huiuscemodi q̃ cõtra vsum nature hũane facta: euãgelioꝝ text⁹ insinuat. Sed ista fecerũt ⁊ sancti eius: Audi qđ sequit: vt reuera intelligas rẽ singularẽ nouo cantico fuisse cõcessam. Saluauit eũ dicit: id est: christũ dñm: dum mũdi isti⁹ pctã nesciuit: duꝫ triduana velocitate surrexit a mortuis. Sed qui eũ saluauit: sb sequit: Dextera ei⁹: id est: omnipotẽs verbũ: nõ qꝛ alter est christ⁹: ⁊ alter omnipotẽs verbũ: qđ sibi nestoriana cõfingit insania: sed hoc vult intelligi: vt ipm saluasse cognosceres: qui dixit: Potestatẽ habeo ponẽdi aĩam meã: ⁊ ptãtẽ habeo iterũ sumendi eã. Brachiũ vero qđ addidit: sic ⁊ esaias ppheta de filio dicit: Et brachium dñi cui reuelatũ est: Dextera ptinet ad opatões mirabiles: brachiũ ad fortitudinẽ singularẽ. Joh.10 Esa.53

Notũ fecit dñs salutare suũ: † ante conspectũ gentiũ reuelauit iusticiã suã. Al.

Notum fecit dñs salutare suũ: id est: dñm saluatorẽ. Ipse ẽ enĩ salutaris quẽ

simeon suscipiẽs in manibꝰ suis: dixit in tẽ
plo: Nunc dimittis dñe seruũ tuũ in pace:
quia viderunt oculi mei salutare tuũ. Ad ex
primendã quoq; rei clarissimã veritatẽ: seq̃-
tur: Ante cõspectũ gentiũ: sicut ꝛ hieremi-
as dicit: Post hec in terri visus est: ꝛ cũ ho-
minibꝰ cõuersatꝰ est. Addidit: Reuelauit
iusticiã suã: qꝛ prius sub quodã velamine ꝑ-
dicatꝰ fuerat ꝑ ꝓphetas: quo subducto in
aduentu eiꝰ ipsa facies veritatis apparuit.
Et nota qđ ipse dextera: ipse brachiũ: ipse
salutare: ipse patris dicatur esse iusticia: vt
vnã illic substantiã: vnã intelligas esse po-
tentiã. In qua eñ parte põt esse diuisus: q̃
nõ silia sed omnia ipsiꝰ habere firmat̃: Sic
ipse in euãgelio dicit: Omnia patris mea
sunt: ꝛ oĩa mea patris sunt. **Memor
fuit miſcđie sue iacob: et veritatis
sue domui israel. Uiderunt om-
nes fines terre salutare dei nostri.**
Memor fuit dictũ est: qꝛ ꝓmissa cõpleuit.
Hec est aũt ꝓmissio quã esaias ꝓphetauit
PP dicitur tanq̃3 aliq̃ ꝑsona subsistens q̃ po-
tuisset audire. Sed scripturaꝝ diuinarum
Ro.4 mos est taliter loqui: vt est illud apli: Qui
vocat ea que nõ sunt tanq̃3 que sunt. Seq̃
tur. Et om̃e firmamentũ panis ꝯtriuit: id
est: triticeũ fructũ perduxit ad nihiluz: qꝺ
reuera hoim esse noscat firmamentũ: sic in
Ps.103 supiore psalmo dixit: Et panis cor hois cõ-
firmat. **Misit ãte eos viꝝ: ĩ seruũ
venundatus est ioseph.** Ante patri-
archas quos superi⁹ memorauit: misit io-
seph: quem merito dixit virum: qꝛ multa
passus viriliter cũcta sustinuit. Considerã-
dum est etiã: quod dicit eum dominũ mi-
sisse: qui fratrũ suoꝝ iniquitate distract⁹
est. Nouit enim deus bene vti malis alie-
nis. Et sicut peccatores ꝑcepta ei⁹ execra-
biliter cõuertunt: ita illo disponente facta
pessimoꝝ ad euent⁹ ꝓsperos trãsferũtur.
Nam venundatus ioseph ad seruitiũ: per
uenit ad gloriam: ꝛ ipe postea fratrum mi-

sertus est: qui eum crudeliter perdere de-
creuerũt. Sic enim om̃ia illi aduersa feli-
ter contigerunt: vt missio facta sit domini
Joseph dolosa vẽditio: sicut ꝛ ipe suis fra-
tribus dicit: Pro salute enim vr̃a misit me [illegible]
de⁹ in egypto. Et iteꝝ ipe dicit: Vos qdẽ [illegible]
cogitastis de me malum: sed deus vertit il
lud in bonum. Que vero pertulerit: conse
quẽter exponit. Ordo autem verboꝝ talis
est: Misit ante eos virum ioseph: qui in ser-
uum venũdat⁹ est. Istud est eni: Qui: sub
audire debemus: vt nobis cõstet absoluta
locutio. **Humiliauerũt in compe-
dibus pedes eius: ferrũ ptrãsi- [illegible]
uit anima eius.** A ꝑposito pharaonis
phutiphar: ioseph qdem est redact⁹ in car-
cerem: compedes autem accepisse nõ legi-
tur. Sed fieri potuit vt q̃ ĩ ergastulo retru-
sus est: ꝛ ferreis nexibus ligaretur: maxi-
me qui in tanto crimine fuerat accusatus.
Nec illud discrepat quod ibi narratuz est:
miseratione custodis: carceribus fuisse p̃e-
latum. Fieri enim potuit: vt ꝛ ista p̃cede
rẽt ꝛ illa seqrent. Quapropter ipe scriptu-
ras diuinas ꝓbabiliter ĩtelligit: qui singu-
lis quibusq3 locis crediderit inesse verita-
tem. Nam ꝛ in cẽtesimo tertio psalmo di-
ctum est: Qui facit angelos suos spiritus: Ps.103
quod vtiq3 in genesi nõ legitur. Sed spiri-
tussanctus aliqua in ꝑcedenti relatione ꝑ-
termittit: vt subseq̃ntia gratiam reperiãt:
cum cause veritate seruata aliquid nouita
tis edicunt. Refert ergo humiliatos pedes
in compedib⁹: vt afflictionem corpis indi-
caret. Addidit: Ferrum pertrãsiuit anima
eius: vt nec ipa aĩa a penis ꝓbaretur exce-
pta. Nam q̃uis cõdolendo corpi subiecta
sit passioni: habet tamen et ꝓprias penas
cum graui cogitatiõe torquetur. Pertrãsi-
uit anima ipsius ferrum: quãdo in has re-
digebatur angustias: ne inter mala que in-
iuste passus est: ꝑualerẽt in eum ꝛ crimina
falsitatis. Ferrũ autem hic: indicat tribu-
lationez dure necessitatis: q̃ in estuãti ani-
ma ꝑuagat dũ de futuris sollicita iam mala
patit q̃ tum ẽ nõ desinit. Talis illa ĩ euãgelio
locutio ẽ: vbi simeon dic̃ ad mariã. Et tuã Luc
ipsi⁹ aiam ptrãsibit gladi⁹: significãs habi
turã matrẽ gl̃iosam tristiciã dñice passiõis.
Qꝺ gen⁹ locutiõis int̃ ꝓpria scpture diuĩe

credimus annotādum. **Donec veniret verbum eius. Eloquium domini inflammauit eum.** Superiori sentē ne hic v̄sus adiūctus est. Dicit em̄: tamdiu cogitatōēz ioseph fuisse grauissimā: donec temp⁹ veniret vbi verbū eius a rege pharaone ꝑ interpretādo somnio q̄reret. Tūc em̄ ⁊ grām reperit: ⁊ claustra carceris let⁹ euasit. Sed qḋ dixit: Verbū eius: loquētis indicat ꝓpriā vocem. Ceteꝝ ipsi⁹ non fuit qḋ ei diuina inspiratōe collatū est. Denicꝫ sic sequit̄. Eloquiuꝫ dn̄i inflammauit eū. Inflāmauit: vticꝫ ad loquēdū viuaciter incitauit: vt coram principe futura diceret cum fiducia veritatis. Int⁹ em̄ celestis flamme lumen accepit: vt ꝓuideret talia q̄ regni illi⁹ sapiētes doctoresq̄ superarent. **Misit rex ⁊ soluit eum: princeps populorum ⁊ demisit eū.** Misit: significat ministros: q̄ regijs iussionibus obsecūdant. Regē: pharaonē dicit: in cuius regno fuerat carceri mancipat⁹. Soluit scilicet a reatu q̄ tenebat̄ astrict⁹. Sequitur. Princeps populoꝝ: ⁊ demisit eū. Ipse ē princeps pharao quē superi⁹ regē dixit: sed ꝓpter grām locutōis v̄ba variauit. Demisit eum: id est: claustra carcer̄ fecit exire: vt q̄ terraꝝ dn̄m a cogitationū angustijs liberauerat: ipse iam nullaten⁹ ergastula pateret̄. Sed ne sola illi cōcessa videret̄ esse demissio: dicit etiā q̄ honore ditat⁹ est.

Al'ō bz ~~Et~~ **† Et constituit eum dn̄m domus sue: et principem omnis possessiōis sue.**

Alios e⁹ **Vt erudiret ꝑncipes † suos sicut semetipm: ⁊ † seniores suos prudentiam doceret.** In his duob⁹ v̄sib⁹: quā ptātem dederit pharao ioseph euidēter exponit. Cōstituit eū dn̄m dom⁹ sue: ⁊ principem omīs possessiōis sue: quādo eum currū fecit ascēdere: ⁊ p̄conis voce celeberrima nūciari: hūc secūdū dn̄m eē post regē. Que potestas a p̄fect̄ hodieq̄ retinetur: q̄ ⁊ vice sacra iudicāt: ⁊ cūctarū ꝓuinciarū ptātem maximā habere noscūtur. Sed in his rebus ditionē dedit illi: quam sibi. In sbsequēti aūt versu: supra ipm coḡscat̄ esse qḋ tribuit. Dicit em̄: Vt erudiret pricipes ei⁹ sicut semetipm. Hoc scḋm gētilē intellectū pharaonis debem⁹ accipe: qui credebat p̄marios gplī suī i hāc sapiētiā ꝓuenire potuisse: vt ⁊ ipi sōnioꝝ inꝑpretes eē mererent̄: ⁊ ad tantā doctrinā sciētia eoꝝ potuisset adduci: vt consulta de re dubia certa loq̄rent̄. Nā si eos sctō viro in discipulatū fidei tradidisset: vnde illum dn̄o placuisse manifestum est: fuisset vticꝫ illis synagoge ordo nouit̄ institut⁹. Sed cū talia nō legant̄: minime religionē desiderasse s̄ tantū diuinatōnis ei⁹ gloriā q̄sisse credendus est: more gentiliū qui ad futura cupidi: vnde ꝓueniat ipa reuelatio: nō appetūt intueri. **Et † introiuit israel in egyptum: ⁊ iacob † habitauit i t'ra † chanaan.** Ordinem rerū cōpetenter exequit̄: q̄r post illa que dicta sūt: iubēte pharaone cognatio ioseph ad terras egypti eodem ordināte deducta est: quod genesis suauis textus explanat. Sed israel qui dictus est: ipse est et iacob. Verū ne eadem verba repeteret: diuersitate nominū: reuelatōnis sue dicta variauit. Nā israel egressus ex egypto habitauit i terra chanaan. Chanaan vero fuit fili⁹ cham nepos noe: ex quo egyptij trahere leguntur originem. **Et auxit populum suum † nimis: ⁊ † confirmauit eum super inimicos ei⁹.** Auxit populum suum fecunditate nascendi: qn̄ ibi rarissima fuit mulier que non habuit partum. Cōfirmauit autem eum super inimicos suos: quādo illis crescētibus: egyptiorum turba notissimis plagis vehementer affecta est. Hic enim per quandam ꝓpositionem dicitur in summa que gesta sunt. Ceteꝝ quēadmodū singillatim facta sint: consequenter exponit. **Cōuertit cor eorum vt odirent populum eius: ⁊ dolum facerent in seruos eius.** Venit ad quartam partem: vbi egyptios memorat hebreis inuidiā habuisse seuissimam: atq̄ eos operibus subiecisse durissimis. Prestando enim felicia populo israelitico: cōuertit domin⁹ ad odiū ⁊ dolos cor egyptiorum: nō quia ipe mali auctor est: s̄ p̄stando alijs beneficia: mentes excitauit obliq̄s. Necesse est em̄ vt scelerati homies alienis prosperis intumescāt: qui se norūt mereri non posse similia: sicut in sacrificijs cayn ⁊ abel factū est: qn̄ vnius sacrificiū respuit: alteri⁹ libēter accepit. Seq̄t̄. Et dolū facerēt in seruos eius. Cōsequens erat:

Al. intrauit
Al. accola fuit
Al. cham
Al. vehement̄
Al. firmauit

vt post cõceptũ odium: seuiẽs plus ad dolosas machinas pueniret. Illud enĩ significat: quãdo eis lateres facere pceperũt: et p labore geminãdo negate sunt palee: et cetera q in illo seuissimo dñatu plebs hebreorum domio deuota sustinuit. **Misit**

Al. nõ bz **moysen seruũ suum: † et aaron quẽ elegit ipsum.** Istos ad pharaonẽ: quasi quosdã testes cõstat a dño destinatos: vt populũ sibi placitum abire pmisisset illesum. O inestimabilis pietas omipotentis: ab homie fragili petebat fieri: cui⁹ ordinationi a nulla creatura potest obuiari: vt reuera nos infirmos doceat qua moderatione viuere debeam⁹: quãdo volũtates suas creator sctũs sub tãta clementia pegisse cognoscit. Intendam⁹ quoqz: et istud gen⁹

PP locutiõis scripture diuie esse ppriũ. Suffecerat enĩ dici: Quẽ elegit: sed addidit: Ipsum: vt h quoqz euidẽti⁹ explanaret. Que forma locutiõis in scripturis diuis crebertime reperit: sicut est et illud: In q habitauit in ipo. **Posuit in eis vba signo-**

Al. suor **rũ suorum: † et pdigiorũ in terra † cha-**

Al. cham **naan.** Posuit: significat collocauit: in eis: moyse scilicet et aaron: verba signorum et pdigiorum: q ab eis pdicabat dñs esse facturus. Signa: sũt quasi vestigia aliqua futurarũ siue pteritarum rerum. Prodigia vero pertinent ad mirabiles euẽtus: q in rerum ordine ãtea nõ fuerũt. Prodigiũ enĩ dictũ ẽ ab eo

ET qd porro dicat. Sed hec signa et pdigia in egyptijs facta sunt: vt sicut multorum patrũ dicit auctoritas aliqd portẽderẽt christiano pplo subsequẽte: quod suis locis aptissime cõmonemus. **Misit tenebras et**

Al. nõ bz **obscurauit † eos: † quia exacerbaue-**

Al. et nõ exacerbauit

rũt sermones † eius. Legũtur tenebras

. Al. suos inter plagas reliquas ptulisse: sed melius intelligam⁹ corda eorum fuisse poti⁹ obscurata: qui dñi pcepta temnebãt. Exacerbauerũt aũt: significat acerbe accepert: aut certe iniuriosis abomiatiõib⁹ respuerũt. Nã in plagarũ ipsarum enumeratiõe: cõpetẽs fecit initium. Nõ enim ad reliqua venire potuissent nisi obscuratis sensib⁹ incurrissent profundissimam cecitatem: qd et hodie sic fieri peccãtium vsus ostẽdit. **Cõuertit aquas eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum.** Dicit scdam plagam: que in historia exodi prima legit. Sz ipe plage future cladis indicia nũciabant. Cõuertit enĩ aquas eorum in sanguinẽ: quoniã erãt int maris rubri flucta perituri. Pisces eorum occisi sunt: nec spes viuẽdi hoibus relicta videret: quãdo illud est inter latices mortuũ: qd natiuo elemẽto pbabatur enutritũ. † **Misit in terram eorum ranas: et in cubilibus regum ipsorum.**

Al. et in terram … [illegible]

Hec tertia est. Ranarũ eis societatem dedit: qz et ipsi locũ accepturi pbabãtur aqualem: a quo signo: nec reges eorum: id est: potiores excepti sũt: quãdo erãt altissimi abyssi demersiõe morituri. Sed h int cetera plus videt esse mirabile: vt nec regum dom⁹ ab hac plaga cernerẽtur excepte: qb⁹ multorum misteria talia poterãt submouere portenta: vt euidẽter det intelligi nullis opibus: nullisqz solacijs diuis posse iussionib⁹ obuiari. **Dixit et venit cynomia et scynifes: in omnibus finibus eorũ.** Quarta plaga subseqt: Dixit et venit. In magnam significãtiã duo ista cõiũcta sũt: qz diuinitatis imperiũ nullũ põt sustinere tarditatis obstaculũ. Nã si euidẽter intendas: vel ipa vba q sibi vident esse sociata: tamẽ p syllabas suas aliq mora ptrahũt: Iussio aũt dñi nõ dilatat temp⁹: quãdo iã ipa volũtas effectus est. Cynomia: significat muscã caninã: q ceteris muscis oino mordacior est: et importunitate sua violentior: vnde infesti ac seuissimi aialis deriuatum nomẽ accepit. Scynifes: gen⁹ est culicũ: fixis aculeis pmolestũ: quas vulg⁹ cõsueuit vocare zinzalas. Agnoscãt hoies: qui fatuis elatiõib⁹ intumescũt: quoniã pharao ille seuus et dur⁹ nec muscis par esse potest: qui se de tãta regni elatiõe iactabat. In oibus aũt finib⁹ eorum dicit: ne quis egyptijs locus a perniciosa clade sentiret exceptus.

Posuit pluuias eorũ † in grandinem: ignem comburẽtem in terram ipsorum. Et pcussit vineas eorũ et ficulneas eorum: et cõtriuit † omne lignum finium eorum.

Al. nõ [illegible]

Vltio quinta narratur. Similis est superiori sententie et ista locutio: vbi ait: Posuit in eis verba signorum suorum. Posuit: statuit significat ac decreuit. Egyptiorum enim adhuc plagarum enumeratio pseuerat: vt pluuia que ad se-

cunditatem terris daṫ: cōuertetur in gran-
dinis noxiam vastitatē: cuius ictus non
minus intercipit q̄ꝫ vbi lapidū copia den-
sa ceciderit. Hec agroꝝ liquorū ꝓbaṫ in-
cendiū: cum tactu noxio fruct⁹ arefacit: q̄s-
cunq̄ꝫ saxatili vnda pcusserit. Ignem vero
cōburentē: fulmina significat: que solent
excitata tēpestate desęuire. Sequiṫ. Et p-
cussit vineas eoꝝ ꝛ ficulneas eoꝝ: ꝛ contri
uit oē lignū finiū eoꝝ. Quod dicit: Per-
cussit: ad superiora respicit: siue grandinē:
siue fulmina: que celestis potētia terris ve
lut tela infesta iaculaṫ. Et ne tantū ficul-
neas putares: aut vineas esse percussas:
addidit: Omne lignū finiū eorum: vt ꝛ sa-
Pᵗ ta non dubitares euersa: vbi arborū quo-
q̄ꝫ robora cognosceres fuisse cōtrita. Ma-
iora eñ cōtinent intellectū minoꝝ. **Di-
xit ꝛ venit locusta: ꝛ bruchus cui⁹
nō erat numer⁹. Et comedit om-
Al' terra ne fenum ᵗterre eoꝝ: ꝛᵗ omnem fru
Al' comedit ctum terre ᵗipsoꝝ.** Sexta inchoat pla-
Al' eorū ga. Sed ꝛ hec locutio supioꝛi sententie simiṫ
approbatur: id est: Dixit ꝛ venit cynomia ꝛ
scynifes. Locusta vero mater bruchi ē: quē
mala fecūditate ꝓgenerat: qui ad illā pre-
dam quasi cōuocat⁹ exercit⁹: cum sua ꝓle
descēdit. Et ne crederes inaniter deductū:
omnē fructū terre illi⁹ ab eis dicit esse con-
sumptū. **Et percussit omē primo-
Al' eoꝝ genitū in terra ᵗegypti: ꝑmitias om
nis laboris eoꝝ.** Uenit ad septimā:
q̄ntū ad hūc psalmū ptinet nouissimā pla-
gam: vbi iā victi egyptioꝝ populoꝝ ma-
loꝝ numerositate cesserūt. Nam quēad-
modū amplius tolerare poterāt: qui ꝛ om
nia dulcia perdiderāt: ꝛ desolatos seipsis
quoq̄ꝫ victualibus sentiebāt? Sic grauiter
per partes perit: qui diuinis iussionib⁹ re-
luctandū esse putauerit. Hic nōnulla que-
stio videṫ oboriri: cur septē egyptioꝝ pla-
gas tantū psalm⁹ iste comemoret: cum de-
cem sint in exodi narratiōe descripte? Fre-
quēter diximus: in scripturis diuinis: a par-
te totū debere sentiri: sicut in euāgelio legi
Joh. i tur: Uerbū caro factū est: ꝛ inhabitauit in
nobis: quasi non ꝛ animā simul assumpse-
rit: quam specialiter liberare dignatus est.
Sic cōmemorata carne: simul ꝛ anima su-
scipi debere cognoscit. Quod multis locis
inuenies eē predicatū: Deinde quod septe-
narius numer⁹ spiritussancti virtute pro-
batur esse perfect⁹. Merito ergo decē pla-
gas in septenarij numeri relatione conclu-
sit: vt totū perfectū intelligeres: cuius par-
tem dictam esse sentires. Deinde congru-
um fuit: vt rem notā varia relatione descri
beret: cū egyptioꝝ penas ꝛ totidē hebreo-
rū bñficia ꝑdicaret. Sic nō diuersū ꝫ cau-
sa varietatis videtur esse pulcherrimū. Si
ue vt patri augustino placet: libera est lau
datio a lege narrātis. Nam qui texit histo
riā: necessarie habet oia cōmemorare ple-
nissime: qui ꝟo laudat: pauca de plurimis
tetigisse sufficiet. Breuiter ergo priora di-
cit: qui nō hic nesciētes docet: sed cōmemo
rat vtiq̄ꝫ retinētes. Et quoniā est in subse-
quēti diuisione dictur⁹: septē beneficia do
minū hebreo populo ꝑstitisse: premisit se-
ptem plagas inimicos egyptios accepisse:
vt numer⁹ ipē: sicut arbitrari possum: bo-
narū ꝛ malarum rerum in hoc psalmo cō-
probabilis haberetur. **Et eduxit eos
ᵗin argento ꝛ auro: ꝛ nō erat in tri- Al' cum
bubus eorum infirm⁹.** Enumeratis
plagis quas dedit egyptijs: venit ad q̄n-
tam partem: in qua totidem beneficia he-
breis dicit eē collata. Ait eñ. Et eduxit eos
in argento ꝛ auro. Primū itaq̄ꝫ beneficiū
fuit: vt popul⁹ longa seruitute cōfect⁹: nō
egenus inanisq̄ꝫ discederet. Aurū ꝛ argen-
tum israeliticū populū ab egyptijs ꝑcepto
domini discedentē legim⁹ accepisse: vt nō
repētina surreptio: ꝫ lōge operatiōis mer-
ces esse videaṫ. Et quia dubitari nō potest
omia dominū iusta ꝑcipere: sine culpa vi-
detur factū: quod eius imperio cōstat im-
pletū. Quapropter seq̄tur secūdū benefi-
cium: vt in illa necessitate migratiōis nul-
lus infirmitate corporea potuisset affligi:
q̄tenus omnia nauiter implerēt: que illis
precipiebanṫ a domio. **Letata ē egy-
ptus in profectione eorum: quia
ᵗcecidit timor eorum super eos.** Di- Al' incubuit
ligenter hunc versum debemus inquirere.
Constat enim discedēte populo hebreoꝝ:
egyptum nō fuisse letatam: quādo eum p-
sequendum esse iudicauit. Sed postq̄ꝫ illi
demersi sūt: qui ad inseq̄ndos hebreos ire
decreuerant: tunc qui in egypto remanse-

rant: omnino letati sũt: quia similia mini-
me pertulerũt. Reddit enim hanc causam
cum dicit: quia cecidit timor eo℞ sup eos.
Ipse enim timor fuit: vt in fauore gent℞ he
braice: ipsa quodãmodo viderent̃ elemẽta
Sche pugnasse. Et intende: quia p figurã Me-
tonymiã: que latine transnoiatio dr: egy-
ptuz nõ egyptios memorat fuisse letatos.
Per id enim quod cõtinet: id qd ptinetur
ostensum est. **Expandit nubem in
protectionẽ eorum: ⁊ ignem vt lu-
ceret eis per noctem.** Utrumq₃ mun⁹
cõtra temporis indemẽtiã pbatur esse cõ-
cessum. Nubes data est: vt solis tempera-
ret ardorem. Ignis concessus est: vt tene-
brarũ potuisset auferre caliginem. Hoc est
tertiũ: quod israelitico populo cõstat esse
Ar. nõ hz concessum. **Petierunt carnes ⁊ ve
nit coturnix: et pane celi saturauit
eos.** Intuere queadmodũ superata sunt
vota desiderantiũ. Carnes petit populus
hebreorũ: ⁊ coturnices accepit. Cõstat eñ
in volatilibus q̃ in quadrupedib⁹: carnes
esse sine dubio dulciores. Deinde vnũ po-
stulauit: ⁊ geminata venerũt. Seqtur eñ:
Et pane celi saturauit eos. Sũt enim ista
☧ exodi lectione notissima: qũ coturnices in
modũ imbris densissimi defluebãt. Man-
na quoq₃: vt iudeus populus satiaretur ac
cepit. Sed vt hec in p̃figurationem facta
monstraret: nõ dixit: manna: sed pane ce-
li: quaten⁹ in illo munere domini saluato-
ris sentiretur aduẽtus. Ipse est enim panis
Joh. 6 viuus: qui de celo descendit. Manna qp-
pe dicit̃: sicut i septuagesimoseptimo psal-
mo declaratũ est: quid est hoc. Cuius no-
minis auferẽs q̃stionem: quod interroga-
tio illa manne perquirebat: expressit dicen
do: Pane celi saturauit eos. Sic enim ⁊ ce
li domin⁹ indicat̃: ⁊ quid sit manna euidẽ-
ter ostenditur. **Dirupit petram et
fluxerunt aque: abierũt in sicco flu
mina.** Hoc quoq₃ in figuram gerebat̃ do-
mini christi: vt petra aquas profudisset ir-
riguas. Christ⁹ eñ domin⁹ petra spiritua-
lis est: qui vitales aquas emanat: vnde
satiatum desideriũ anime sitim nesciat vl-
terius sustinere. Abierũt i sicco: significat
gentiũ peccatores. Qui merito sicci dicũ-
tur: quoniã delictis siccabant̃ vrentibus,

Isti imbre domini virescẽtes: in nouũ ho-
minem pullularũt: de quibus domin⁹ di-
cit. Uenit enim filius homis querere ⁊ sal-
uum facere quod perierat. **Quia me
mor fuit verbi sancti sui: quod locu
tus est ad abraam puerum suum.
Et eduxit populũ suum in exulta
tiõe: ⁊ electos suos in leticia.** In his
duobus versib⁹ miraculorũ: que superius
dixit causa narrat̃. Ideo enim dicũtur fa-
cta: quoniã abrae cõstabant esse pmissa.
Et respice quod dixit: Electos suos eduxit
in leticia: quoniã illi qui murmurauerunt
domini furore percussi sunt. **Et dedit
eis regiones gentiũ: ⁊ labores po
pulo℞ possederunt. Ut custo-
diant iustificationes eius: ⁊ legem
ei⁹ requirant.** Uenit ad septimũ bene-
ficiũ. Dixit enim: Primũ: eductos in auro
⁊ argento. Deinde ex eis nullũ infirmatũ.
Tertio expãsam nubẽ: que ⁊ lumen presta
ret in tenebris: ⁊ in die remoueret solis ar-
dorem. Quarto coturnicez datã. Quinto
refert celesti pane satiatos. Sexto in locis
aridissimis aquas irriguas emanasse. Ad
postremum pmissionum veritatẽ fuisse cõ
pletam: vt eis ⁊ regiones gentiũ traderet:
⁊ labores inimicoruz pietate copiosissima
largiret̃. Quod enim dixit: Regiones gẽ-
tium: ad possessionẽ videtur pertinere ter-
rarum. Labores vero populo℞: ad diuiti-
as longo tempore cõgregatas. Et ne in p̃-
sentibus reb⁹ hererẽt corda mortaliuz: in-
tulit spiritualia bona: vt eius debeãt ⁊ re-
quirere ⁊ custodire mãdata: ne tantũ in il-
lis spẽ haberent: que si ad temp⁹ delinitũt:
nõ tamen ad celorũ regna perducũt: sicut
apostolus dicit: Quod si in hac vita tantũ
in christo sperantes sumus: miserabiliores
sumus om̃ibus hominib⁹. Iustificatiões
autẽ ei⁹ sunt: vt deũ toto corde diligam⁹:
proximos tanq̃ nos amem⁹: patrem vene
remur: filium carũ habeamus: ⁊ cetere iu-
sticie que in diuerso rerum genere sunt pre
cepte. Has admonet custodiri: quia caruz
reruz euidens est ⁊ absoluta p̃ceptio. Lex
vo eius fuit: die sabbato debere requiesce:
in pasca agnum anniculũ immolari: sacer-
dotes cum veste mystica ad altare accede-
re: ⁊ cetera q̃ in hũc modũ a domio p̃cepta

noscitur. Sed hec et his similia nō corporaliter: sed spiritualiter sūt querēda. Ideo enim addidit: Recordantur: quia noui precepta legis vmbram et speculū esse futuroꝝ.

Alleluia.

b Oc nō ociose percipias: quod alijs psalmis alleluia in capite et in fine ponitur: Alijs vero in solo titulo prenotatur. Isti enim qui capite fineqꝫ concordāt: vt opinor: ad illam intelligētiam referendi sunt: quam in psalmis esse dixim⁹: qui capite et fine simili terminantur: vt sunt pcedentes: cētesim⁹ secūdus et cētesim⁹ terti⁹. Siue quia expressi⁹ semper infunditur quod sentētia iterata geminatur: vt est: Nō sic impij nō sic. Et: Fiat fiat. Uel: Amē amē dico vob. Et: Abba pater. Hoc est eni abba: quod pater. Sit forte et alia causa que latet. De hac autem re: nec a doctoribus nostris aliud potuimus accipere: nec nobis est aliquid ampli⁹ sentire cōcessum.

Conclusio psalmi.

e Cce vtrumqꝫ alleluia cātatum est: decursus est psalmus celesti laude plenissim⁹: q̄ et pterita veraciter referret: et in futuris nos salubriter cōmoneret. Passi sunt egyptij dignissimas vltiones: acceperūt iudei dona celestia. Nunc vnusquisqꝫ nostrū expectet eorū retributionem quoꝝ imitatur exemplū. Inspiciēdū est autem lumine cordis: quod in fine psalmi positum est: vt ad iustificationes domini et in lege eius tota mētis intētione dirigamur. Nā et si bona temporalia suscipim⁹: sicut abraam: ysaac: iacob: ceterisqꝫ fideles qui abundāti facultate floruerūt: in illam partē eē potius debemus intenti: vnde ad celoꝝ possim⁹ regna perduci. Ista em̄ que delectabilē videri faciūt mundū: in eternitate nō habent locum. Meminisse autem debemus: hūc psalmū secundū esse horū: qui dū miracula hebreis collata describitur: per figurā allegoricam: que aliud dicit aliud significat: ventura christiani populi sacramēta declarant.

Explicit expositio in psalmum CIIII
Incipit expositio in psalmum CV

Alleluia.

e Cce iterū alleluiatica nobis gaudia redierūt. Ecce breuiter precipitur: vt dn̄o totius psalmi iubilatione cantetur. Sed inspiciamus quod a superioribus dictis: nec titulum nobis cognoscitur mutasse: nec causā. Titul⁹ est enim Alleluia: causa cōfessio: q̄ miro modo ad laudes domini oīno fecunda est. Ostoꝝ eni hic ora soluta sūt? Hinc moyses cum viris: germana ei⁹ maria cum feminis: transitū rubri maris diuina laude celebrarūt. Hinc debbora iocunda exultatione pcanuit. Multi etiā pphete: cāticos diuersos: tanti miraculi cōfessione pfuderunt. Nō immerito: quia magnalia ista toti⁹ humane redemptiōis sacramēta testantur. Ab egyptijs em̄ eripimur: quando ab operibus diabolicis diuino munere liberamur. Mare rubrum trāsimus: quādo baptismatis sacramēta pcipim⁹. In deserto pascimur: quādo diuina gr̄a cōcedente in mūdi istius rerum bonaꝝ largitate satiamur. Ad terram pmissionis perducimur: quādo in illa felici patria munere superne pietatis intram⁹: vt merito talis causa frequēter iterata pdicetur: q̄ tantoꝝ magnaliū pfiguratiōe decoratur.

Diuisio psalmi.

i Ntroducitur cōfitēs popul⁹ hebreorum: q̄ relicta pfidia patrū suorum ad pietatē dn̄i ip̄o miserāte pduct⁹ est: vt intelligam⁹ cum fuerint cōuersi: et ipsos Alleluia merito p sua redemptiōe cantare. In prima igitur narratiōe deprecatur: vt societur populo beneplacito: q̄ erat dn̄i saluatoris aduētu de gētib⁹ cōgregādus. Secūda: patꝝ suoꝝ peccata dinumerat q̄ fecerūt i egypto: mirabilia dn̄i recto corde minime cōtuētes: piū tn̄ dn̄m ab inimicis suis eos liberasse cōfirmans. Tertia: ad peccādi studia refert eos reuīsos: dominū tamen electi sui moysi pcibus dicit fuisse delinitū. Quarta: iniquitates eorū asserit iteratas: dominūqꝫ illos decreuisse pdere: nisi phinees serui sui supplicatiōe placaretur. Quinta: ad aquā cōtradictionis moysen ab illis exacerbatū esse cōmemorat: posteaqꝫ filios suos in cultura idoloꝝ crudeliter occidisse. Unde dominus vehemēter iratus: tradidit eos gentiū seruituti: ac deinde misert⁹ in cōspectu inimicoꝝ eos reddidit gloriosos. Sexta: precatur quod nouerat esse venturum: vt de vniuersis nationib⁹ ecclīa catholica cōgregetur: et laudes domino eterna exultatione cōcelebret. Nunc partes psal-

mi: per apertas diuisionum semitas ambu
lemus. Expositio psalmi.

C Onfitemini dño quoniam bonus: quonia in seculu mi sericordia eius. Sicut superior psalmus in primo versu declarauit: quia cõfessio illa ad laudes domini debuisset aptari: ita et hic designat cõfessionẽ istam ad medicinam penitudinis applicandam. Sed et hoc quoque ad ꝑconia domini ptinere nõ dubium est: quãdo maior gl'ia est pietatis cõfitenti parcere: ꝙ vincti sine offensione prestare. Hebreorum siquidẽ cõpuncta cõgregatio et diuina inspiratiõe correcta: loquitur ad reliquam plebẽ: vt antiqui erroris prauitate damnata: ad diuina debeat redire clementiã. Et ne aliquis de culparum suarum nũerositatibus terreret: addidit: Quoniã bonus. Quis enim dubitet ad eum recurrere: quẽ sibi audit posse celerrime subuenire? Bonus enim dominus recte dicit: qui delinquentẽ pascit: qui expectat errãtem:
Math. 5 qui solẽ suum facit oriri super bonos et ma
los: et pluit super iustos et impios. Hoc eti-
Mar. 10 am ipsius veritatis voce declarat: Nemo
bonus: nisi solus deus. Addidit: Quoniam in seculũ misericordia eius. Audito bono dño: ne se humana negligẽtia ab studiosa et sedula supplicatiõe suspenderet: remediũ causam dicit: vt ad cõfessionẽ celerẽ dñi debeat munere festinare. In seculũ: vite huius significat cursum: vbi miseri sũt quicũque delinquũt: vbi fas est corda nostra conuerti et misericordiã postulari. Ibi enim dãnatio est cõfiteri peccatũ: vbi iam ꝯstat eẽ iudicium. Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius? Populus iste quẽ diximus: diuinorum operũ estimatione cõpletus: negat humanũ sensum cõprehendere: quod de illa plenissime debeat maiestate narrare. Quis enim: significat nullũ. Cui enim aut ingeniũ suppetit ad cogitandũ: aut lingua ad depromendũ: vt tãta immẽsitas vnius possit ore narrari? Ubi merito dicẽdũ est: Nõ mihi: si lingue centũ sint oraque centũ: ferrea vox. Addidit etiam: Auditas faciet omnes laudes eius. Et hic quoque subaudiendum est: quis: vt pfecta nobis possit cõstare sententia. Pulchra aũt varietate dictũ est: Quis auditas faciet omnes laudes eius? Illa enim possunt audiri: q̃ ꝓbãtur et dici. Hic quoque modus inter ꝓprias locutiões habẽdus est. Beati qui custodiũt iudicium: et faciunt iusticiã in omni tempore. Postꝙ negauit laudes domini posse cõprehendi: sententiã dicit qua se cõsolet genus humanũ: vt cũ illa nequit implere: h' saltem custodire festinet. Custodire enim iudiciũ est: qui inter alios recte iudicat. Iusticiã aũt facit: qui equabiliter agit. Sine illos beatos dicit: qui iudiciũ in fide custodiũt: Iusticiã vero in opere demonstrant. Sed vide quoniã addidit: In omni tempore: sicut i euãgelio dicit: Qui pseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Merito ꝗ isti tales beati dicti sunt: qui precepta domini pura mẽte custodiunt. Hec tertia species definitionis est: que grece poeotes: latine qualitatiua dicitur. Que dicendo quid quale sit: id quid sit ostẽdit. Memento nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos i salutari tuo. Orãt deuoti: vt inter eos debeãt estimari q̃ dño fideli ope placuerũt. Nouimus enim israeliticum populũ: partim cõtumacẽ fuisse: partim in dñi constitisse mandatis. Unde isti suppliciter ꝑcatur: vt in illorum societate debeant ãnumerari: quibus potest eterna beatitudo gratia diuinitatis attribui. Et vt fides eorum pfectissima nosceret: optant se visitari a dño saluatore: cuius aduẽtu se nouerãt eẽ saluãdos. Ipse est enim salutaris: de q̃ btũs
symeõ ait: Nũc dimitte seruũ tuũ dñe sm Luc. 2
verbũ tuũ i pace: Quia viderũt oculi mei salutare tuũ: Quod parasti ante faciẽ oim populorum. Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ: et gloriam plebis tue israel. Ad videndũ in bonitate electorum tuorum: ad letandũ in leticia gentis tue: vt lauderis cum hereditate tua. Hoc ẽ: q̃d se petebãt a salutari dño visitari: vt bonitatem eius viderẽt: quã electis erat aduentus sui mũere prestaturus: quatenus cũ christiano populo gauderẽt: qui de eius erãt incarnatione letaturi. Ipsa est enim gẽs dñi: que de gentium est diuersitate collecta: vt esset grex vnus: et pastor vnus. Sequit barũ rerum suauissimus fructus: vt laudet dñs cũ hereditate sua. Utrumque enim ꝯiunctũ ẽ: q: in ꝑconio dñi

sui fidelis p‍plus sine dubitatiõe laudat: si cut in supiore psalmo dictũ est: Laudami ni in noie scõ ei⁹. Quapropter fidelis iste p‍s: tãto desiderio ad ꝯspectũ dñi festinabat: tãta se christiani plebi caritate miscebat: vt nefas sit putare: eum spũ nõ fuisse ꝯspectũ: quẽ tanta gr̃a cognoscim⁹ experiri: sicut ipe in euãgelio dic: Abraã desiderauit videre diẽ meũ: vidit ⁊ gauisus est. Joh. 8

Peccauim⁹ cũ patrib⁹ nostris: iniuste egimus iniq̃tatem fecimus. Uenit ad scd̃am narrationẽ: vbi p̃dictus popul⁹ humili satisfactiõe ꝓsternit: vt illa in p̃ncipio psalmi declarata videat esse cõfessio. Dicit em̃ peccasse se cũ patrib⁹: quoniam in eorũ erant lumbis ⁊ origine constituti. Nã cũ fuerit tps longe diuisũ: quãdo in egypto p̃res eoꝝ miracula facta carnaliter acceperũt: cũ nulla dño satisfactiõe respõderint: ⁊ etas ista multũ posterior eẽt q̃ p̃senti psalmi series cantaret: dubiũ nõ est illa eos peccata gemere: q̃ ex parentum suoꝝ ꝓbabant neq̃cia sustinere. Hoc heresis pelagiana nõ accipit: dũ putat originale pctm̃ ad ꝓlem adẽ nullaten⁹ puenire potuisse. Cum maiorib⁹ em̃ suis peccant: qui se p grãm dñi ab eoꝝ delicto nõ separant. Quod pater augustin⁹ diligẽtissima libro rũ disputatiõe ꝯuicit. Nũc aũt quãdo dño aspirãte mẽs cõpũcta resipuit: merito a se pctã parentũ volebat abstergi: q̃ ab ipsoꝝ cepat obligatiõib⁹ segregari. Et vt purissime cõfessiõis firmitas appareret: hec eadẽ trina iteratiõe cõfirmat. Hoc est em̃ peccauim⁹: qd̃ iniuste egim⁹: h̃ est iniuste egim⁹ qd̃ iniq̃tatẽ fecim⁹. Tãto eni vnusq̃sq; celerius absoluit: q̃to a semetipso viuacitate dãnat. Que figura dr̃ Schesisonomaton: id est: m̃titudo noim ꝯiũctoꝝ: diuersis v̄bis vnã rẽ significantiũ. Est ⁊ alia nob in hoc loco tradita expositio: q: cũ maiorib⁹ suis peccat: q̃ delicta siña nõ declinat: sed eadẽ facit: q̃ p̃ores suos fecisse cog̃scit: ita tamẽ vt a posteris reat⁹ originalis pcti: nisi p gratiã dñi nõ possit excludi. Sche

P̃res nostri in egypto non intellexerunt mirabiliã tua: † ⁊ nõ fuerũt mẽores multitudinis misc̃die tue. Al. nõ bẽ **Et irritauerũt ascẽdentes in † rubꝛ mare.** Al. mare: in rubrũ Duo sunt q̃ beneficia donata cõmendãt: intellect⁹ ⁊ memoria: qd̃ vtrumq; in p̃fidis fuisse denegat. Nõ intellexerũt: pulcherrima locutione signatũ est. Uidebãt em̃ p̃stari: sed qua causa fieret nõ ab eis ꝓbabatur agnosci. Nam decẽ plagis percussi sũt egyptij: vt decalogo futuro hebreoꝝ gens deuota seruiret. Dimissi sũt a pharaõe: vt ⁊ illi relinquerẽt diabolũ tum ministrũ. Sꝫ illi carnaliter q̃ gesta sũt intuẽtes: spiritualis gratie minime p̃mia quesiuerũt. Non fuerũt aũt memores misc̃die dñi: quando vidẽtes pharaonis exercitũ anteq̃ mare rubrũ diuideret: credebãt se euadẽdi subsidia pdidisse: ⁊ contra moysen locuti sunt: meli⁹ sibi fuisse duro subiacere seruitio: q̃ tota gens perire potuisset i heremo. Post hec: ꝯsequẽs fuit vt irritarẽt dñm ascẽdentes in rubꝛ mare: qñ nõ crediderunt posse fieri qd̃ eius audiebãt om̃ipotentiã polliceri. Ita factũ est: vt nec intelligerẽt virtutem dñi: nec ei⁹ beneficia deuota mẽte retinerẽt. Bene aũt positũ est: Irritauerũt: q̄si p se quietũ atq; placatũ: infensum ⁊ iracundũ sibimet reddiderũt. Ascẽdẽtes aũt in rubrũ mare: dictũ cõstat positiõe terrarũ: quoniã cũctis regionib⁹ egypt⁹ phibetur humilior: ⁊ inde discedẽtes loca petere visa sunt altiora.

Et † liberauit eos ꝓpter nomẽ suũ: vt notã faceret potẽtiã suã. Al. saluauit Dicẽdo: Propter nomẽ suum: designare mihi videt dñm saluatorẽ: cuius vocabulo ꝯuenit saluare periclitãtes. Deus em̃ qñ liberat pctõres: nõ ꝓpter merita eorum p̃stat: sed ꝓpter nois sui potentiam demõstrãdã: vt pl⁹ euidẽter appareat: si inmeritis beneficia larga cõcedat. Qd̃ enim dicit: Notam fecit potentiã suã: nõ carnalib⁹ vtiq; oc̃lis: sed spũali cogitatiõe vidẽtibus. Nam si om̄ibus notã fecisset: neq̃q̃ dur⁹ populus de incredulitate peccasset.

Et † increpauit mare rubꝛ ⁊ exiccatũ est: ⁊ deduxit eos in † aq̃s multis sicut in deserto. Al. increpuit Al. abyssis Increpationẽ: vocauit occultũ diuitat imperiũ: q: mare in exodo voce dñi nusq̃ legim⁹ increpatum. Agit eni ille occultis motib⁹ vniũsa q̃ p̃cipit: ⁊ q̄si ad audiẽtes loq̃t: q̃ sensuz nõ h̃nt attributũ. Tãta em̃ v̄tus iussiõis ẽ: vt parere p̃ualeãt: q̃ audire nõ norũt. Siccatuz mare: nõ ꝓ vniuersitate debem⁹ accipere:

ſed tantũ q̃ntum illis iter aperiret. Nam
plus inde miraculũ fuit: vt vnde liq̃de ex-
celsis laterib⁹ ↄſtitiſſent: nec fluẽta fluerẽt:
ſed montiũ q̃dam firmitate cõſiſterẽt. Se-
quit. Et deduxit eos in aquis multis ſicut
in deſerto. Deſertũ eſt maxime: q̃d aquaꝝ
inundatiõe deſerit: vt nullũ ibi aĩal poſſit
habitare periculo ſiccitatꝭ ingenito. Edu-
cti ſunt ergo hebꝛei p̱ abyſſum: tanq̃ p̱ lo-
ca deſerta: q̃ nimia ſterilitate ſiccãtur: oſtẽ-
dens: quoniã ſic aruit illa via fluentoꝝ vt
vſq̃ ad iter potuiſſet peruenire puluereũ.
Et †liberauit eos de manu odiẽ- Al. ſaluauit
tiũ: ꝛ redemit eos de manu †inimi- Al. inimici
coꝝ. Q̃uis eſſet ꝛ hoc beneficiũ ſi eos de
poteſtate aliena liberaret: tamẽ auxit mu-
neris q̃ntitatẽ: dicẽdo: De manu odiẽtiũ:
quib⁹ vtiq̃ parcere nõ poterãt: q̃s imanit
impetebãt. Horrebãt plane: p̱pter quos ꝛ
tantas plagas ſuſceperãt: ꝛ rex ſuaꝝ amiſ
ſione priuabant. Intelligit etiam de cõſpi
rata demonũ cohorte: q̃ humanũ gen⁹ ſti-
mulo peccatoꝝ: ꝛ odit ꝛ percutit. Seq̃tur.
Et redemit eos de manu inimicoꝝ. Hoc ſi
ad litterã velis accipe: nõ videt poſſe con-
gruere. Nam vt liberaret hebꝛeos: nullũ
egyptijs p̃cium dedit: quib⁹ magis p̱ ſua
cõtumacia plagarũ dura geminauit. Sed
hoc p̱phetię ſpiritu dictũ credam⁹ de tem
porib⁹ chriſtianis: quando domin⁹ ſalua-
toꝛ peccatores obnoxios p̃cioſo ſanguine
ſuo a diaboli redemit iperio. Et ope-
ruit aqua tribulãtes eos: vnus ex
eis non remanſit. Hoc quidem ad lit-
teram ſine ↄtrouerſia videt intelligi: quia
nota eſt in exodo cõmemorata deſcriptio.
Verũ: Un⁹ ex eis nõ remãſit: nõ ad vni-
uerſam egyptioꝝ gẽtem reſpicit: ſed tan-
tũ ad inſequentiũ multitudinem tendit: q̃
ibi vſq̃ ad minimũ probatur extincta. Re-
mãſerant enim de egyptijs qui letarentur
in p̱fectione eorũ: ſicut in pſalmo ſupiore
dixit: Letata eſt egyptus in p̱fectione eo-
rum: ſed illi ſcilicet qui i caſu ſimili nõ fue-
runt. Et crediderũt in verbis ei⁹:
ꝛ †cantauerũt laudes eius. Poſt mi- Al. laudauerũt laudẽ
raculũ tale dicẽdo: Crediderũt: duriciam
cordis demõſtrat: q̃d nõ ante euẽtum rei:
ſed poſt effectũ miraculoꝝ credere malue-
runt. Nã ꝛ ſi bonũ ſit viſis reb⁹ acq̃ſcere:

multo melius promiſſa crediſſe: ſicut in
euãgelio thome dicit: Quia vidiſti me cre- Joh. 20
didiſti: beati q̃ non viderũt ꝛ crediderunt.
Quod v̾o addidit: Et cantauerũt laudes
eius: hymnũ ſignificat exodi: qui ait: Can- Exo. 15
temus dño: glorioſe eñi honorificat⁹ eſt. ꝛ ce-
tera que hebꝛe⁹ p̱ſtus pacto miraculo ma-
gna exultatiõe cantauit: ſicut in titulꝭ ex-
poſitione narratũ eſt. Cito fecerũt ꝛ
obliti ſunt operũ eius: non ſuſti-
nuerunt cõſilium eius. Venit ad ter-
tiam narrationẽ. Cito fecerũt: ac ſi diceret:
ſumma celeritate mutati ſunt: vt qui lau-
des dño de collatis mirabilib⁹ canebant:
paulopoſt cõtra eum nefandas murmu-
rationes aſſumerent. Nõ ſuſtinuerũt con-
ſiliũ ei⁹: quãdo p̃us ↄceperunt deſperatio-
nem: q̃ eius parata beneficia p̱ueniſſent.
Dñs eñi q̃ eos liberauerat talib⁹ tantiſq̃
miraculis: nullã eos victualiũ rex paſſus
fuerat penuriã ſuſtinere. Sed illi anticipa-
uerũt cõſiliũ supernũ: q̃ eius noluerũt ex-
pectare diſpoſitũ: more fragilitatis huma-
nę: q̃ dum ſibi nimia feſtinatione p̱uidere
putat: incaute diſpoſitionẽ diuinitatꝭ an-
ticipat. Et cõcupierũt †cõcupiſcen- Al. cõcupiſcẽtiã
tias in deſerto: ꝛ temptauerũt de-
um in †ſiccitate. Hoc erat q̃d ↄſilium ei⁹ Al. in aqua
minime ſuſtinuerũt: vt in deſerto comeſti-
onẽ ſub diffidẽtia peterẽt: ꝛ aquã ſibi da-
ri ſub murmuratiõib⁹ poſtulaſſent. Que fi-
gura dicit Cacozelon: id eſt: mala affecta- Sche
tio: q̃tiens ingeniũ iudicio caret: ꝛ ſpe bo-
ni fallit p̃cipitata velocitas. Cõcupierunt
aũt cõcupiſcẽtias. Gen⁹ h̾ locutiõis in ſcri- pp
pturis ſctis oĩno creberrimũ eſt: vt eſt: De Luc. 22
ſiderio deſideraui manducare vobiſcũ pa-
ſca. Et illud: Qui maledixerit patri vl̾ ma- Exo. 21
tri morte moriet. Siue: Caſtigãs caſtiga- Pã. 117
uit me dñs. ꝛ his ſilia. Oñdit eñi nimieta-
tem deſiderij poſitio geminata verboꝝ.
Et dedit eis †petitiones ipſoꝝ: ꝛ Al. pet
miſit ſaturitatẽ in animas eoꝝ.
Temporalia petẽtes: merito carnea bñfi-
cia ſuſceperũt. Duob⁹ eñi modis aĩam di-
cim⁹ eſſe ſatiatã. Cũ eſcis corpalib⁹ p̱ car-
nis infirmitate reficit: ꝛ cũ ſpũali iocũdita
te cõplet. Sed h̾ aĩas eorũ carnib⁹ potiꝰ
dic eſſe ſaginatas: vt ip̃a volũtas q̃ deſpe-
ratiõe peccauerat: reb⁹ emergẽtib⁹ vince-

retur. **Et irritauerūt moysen in ca-**
stris: τ aaron sanctum dñi. Satur-
tatem ventris secuta seditio est: q̄ plerūq̄
causas excitat: vñ pericula pniciosa pue-
niūt. Irritari aliquē dicim⁹: ad iracundiā
puocari: aut actionib⁹ alioꝝ iprobis: aut
verbis asperrimis. Illud eñ significat: q̄m
dathan τ abiron honorē sibi cōtra moysen
τ aaron excitatis cōtentionib⁹ assumebāt:
vnde eoꝝ pena psequitur. Irritauerūt eniz
viros sctōs ad interitū suū: q̄ꝛ p inuidiam
loq̄bant̄: qđ dño displicuisse cognoscitur.
Qđ cōgrue iter laudes dñi ponit̄: q̄ꝛ suos
famulos vindicasse declarat̄. **Aperta**
ē terra τ deglutiuit dathan: τ ope-
ruit super congregationē abiron.
Hec vt testat̄ nūeroꝝ liber: sup̄ illos ptigis-
se manifestū ē: q̄ grāz supnā aaron τ moy-
si collatā venenosis inuidię dentib⁹ appete
bant: vt sibi honorē cōtumacit̄ assumerēt:
quē sup̄dictis cōgerāt misericordiam dñi cōtu-
lisse. Quib⁹ similis exitus puenit: q̄ꝛ causa
vna scismat̄ fuit: deglutiti sunt a terra: q̄ꝛ
terrena sapuerūt: vt ipsa pene q̄litas scele-
rata facta testet̄. **Et exarsit ignis in**
Nu. 16 / Numeri 16 **synagoga eoꝝ: τ flāma †eoꝝ cōbus-**
sit peccatores. Hoc factuz est sup̄ ducē-
tos q̄nquaginta cōplices dathan τ abiron:
qui eoꝝ infeliciter vota secuti sunt: vt thu-
ribula tenere p̄sumerent: qđ idē nūeroꝝ te-
xtus eloq̄tur. Synagoga v̄o h̄: nō templū
significat: s̄ adunationē: quā pustā diuino
cōstat incēdio: vt q̄ i incēsi p̄sumptiōe pec-
cauerāt: celesti flāma cremarent̄. Ideo eñ
addidit: Eorum: vt eā a cōplo dñi separatā
ET fuisse sentires. Flāma eñ dicta est: a flagel-
lo comaꝝ suaꝝ. **Et fecerūt vitulū in**
oreb: τ adorauerunt sculptile. Hoc
q̄ꝫ notissime historię narratiōe declaratur:
q̄n moysi absentiā iudęi minime tolerantes:
pdigioso sensu in oreb mōte deserti: deuz
metallicū sibimet effecerūt. Sed q̄nto ipsis
iumētis deteriores erāt: q̄ nec viuū pecus
estimabāt vnidēdis deuotiōib⁹ adorādū:
lp Oreb v̄o iterp̄tat̄ caluaria: vbi postea do-
minū cruc̄ patibulo carne cōstat occisū: vt
in ip̄o eodēq̄ noīe: iā tunc τ in illo deserto
oreb culturā dñi pfidi nefanda p̄sumptiōe
violarēt: q̄ꝝ posteritas erat in caluarię lo-
co crucifixura dñm xp̄um. Illud q̄ꝫ estimo
cōsiderandū qđ dixit: Adorauerūt sculpti
le: q̄ꝛ in exodo legim⁹: vitulū cōflatilē: col-
latis ornamētis mōstruoso q̄dā indicio fu-
isse formatū. Sed duas res h̄ dictas debe-
mus aduertere: vt vitulū adorauerint in de-
serto: τ postea sculptilia simulachra in re-
pmissiōis terra coluerint: qđ in subseq̄nti-
bus ipse dictur⁹ est. **Et mutauerunt**
gloriam suā: in similitudinē vituli
†mādūcātis fenū. Gl̄ia eoꝝ: fuit ado- Al. comedētis
rata diuinitas: quā infelici cōmutatiōe p-
dentes: vsq̄ ad h̄ puenire meruerūt vt de-
serētes celi terręq̄ creatorē: deū sibi facerēt
similitudinē vituli fęna comedētis. O ne-
fariū scel⁹: sic potuisse decipi: q̄ tāta mira-
culorum fuerant visione cumulati. Quale
eñ piaculū fuit mutū aial deo sile credere:
qđ sacrilegiū fuisset vel hoībus cōparare?
Sed h̄ totū impatiētia fecit leuissimoꝝ ho- ℞
minū: q̄ semp ducit ad culpas τ precipitat
ad ruinā. Nā si cām rei sub v̄itate discuti-
as: nullū crimē est qđ non impatiētia ma-
tre nascat̄. Cōtra h̄ illud v̄e remediū ē: illō
fixū indubitatūq̄ p̄sidiū: Expectās expe- Ps. 39
ctaui dñm: τ respexit me. **Obliti sūt**
deū q̄ saluauit eos: q̄ fecit magna-
lia in egypto: mirabilia i terra †cha- Al. cham
naan: terribilia in mari rubro. Ma-
gna crescit sup̄ iudęos obliuionis inuidia:
vt qđ bñficiū in mēte hr̄e potuissent: q̄bus
liberatio sua i mēoria pmanere nō valuit.
Et ne putaret̄ puū: qđ ab aīo videbat̄ ex-
clusū dic̄: Magnalia. Quę τ si p bñficijs
collat̄ a pfido aīo retinere nō poterāt: cer-
te vel p ip̄a reꝝ magnitudie recoli debue-
rūt. Addidit etiā: Mirabilia: q̄ nullo mō
excusabilit̄: q̄uis mutabiles de suis mēti-
bus excludere debuissent. Ad postremum
cumulauit: τ terribilia: q̄ solēt hūanis ani-
mis innatis insidere: q̄ꝝ dū pauor reuol-
uit̄ memoria nō delet̄. Sed q̄lis h̄ stupor:
q̄lis accusatur amētia: vt inter tanta ma-
gnalia declinare potuissent: qui hęc opa-
batur auctorem. Et cōsidera: q̄ꝫ mīras res
singuloꝝ v̄boꝝ adiectiōe cumulauit. Quę
figura dicit̄ Auxesis: id est: augmētū pau- Sche
latim ad supiora cōscendēs. Hoc siue i lau-
dibus siue in vituperationib⁹ oīno p̄ualidū
est. **Et dixit vt dispderet eos: si nō**
moyses elect⁹ ei⁹ stetisset in cōfra-

ctiõe in ɔ̄spectu ei⁹. Ut auerteret iram eius: ⁊ ne †disperdidisset eos. (Al. disꝑderet)
Hec omia exodi text⁹ enarrat: quãdo dñs ad moysen locutus est: vt tam acriter peccantem populũ ira sua cõsumere permisisset. Sed ille in cõfractiõe: id est: in ꝑditiõe illa: quã popul⁹ merebat̃ excipere: stetit cõtra dñm dicẽs. (Exo. 32) Si dimittis illis peccatum dimitte: sin autem dele me de libro tuo. O sanctũ viꝝ ⁊ omni laude dignissimũ: quãdo a mõte syna ad castra descẽdit: ⁊ ãte simulachrũ vidit populũ nefanda gesticulatione gaudentẽ: cõmot⁹ aduersus eos: tabulas fregit: ⁊ gladio alteruꝝ iussit interfici: sed vbi vniuersalis calamitas iminebat: se poti⁹ ꝑcatur extingui: ne pateretur gentẽ generaliter interire. Utrunq̃ pium: vtrunq̃ gl'iosum: vt merito loqueret̃ cũ diuina clemẽtia: q̃ eius dilexit facere cõstituta. Simul ⁊ illa ꝟtus ostẽditur: q2 ꝑcib⁹ sanctoꝝ sepe penas debite mortis euadimus: nõ q2 valet aliq̃s domini mutare disposita: sed ita vt eueniũt ab eo nouerit eẽ ꝑscita. Et pro nihilo habuerunt terraꝫ desiderabilẽ. Nõ crediderũt in verbo eius. Uenit ad quartã narrationẽ: in qua iudeos: nec futuras ꝓmissiones in animo dicit habuisse: nec transacta miracula. Ideo eñ nulla videbant̃: quia semp carnaliter ⁊ visa ⁊ audita cogitabãt. Desiderium siq̃dem corꝑale cito fastiditur acceptũ. Sed aduerte: q̃ꝫ magna terra itelligẽtibus fuit: vt desiderabilis esse dicerẽtur: illis tamẽ nulla visa est: quia nihil ĩ ea spirituale senserũt. Seq̃tur. Nõ crediderũt in verbo eius. Filium significat: cui plebs nefandissima non credebat. Siue hoc ad litteram cõgruenter aptatur: q2 ideo murmurauerũt q̃d eius ꝓmissionibus minime credere maluerũt. Multa enim de se eoꝝ perfidia facit intelligi: sed vbiq̃ reatus ẽ. Et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocẽ domini. Dum murmurationibus exercerentur: vocem domini nullatenus audierunt. Istud eñ illis plerũq̃ cõtingit: qui dũ aliis vocibus occupantur: alia exaudire non possunt. Et nota quod hoc verbum exauditiõis: cõmuni vsu supplicibus tantũ non superiorib⁹ applicat̃. Unde quia hic dicit nõ exauditũ dominũ: cõstat inter proprias elocutiones scripture diuine rationabiliter esse referẽdũ. Addidit: In tabernaculis suis: vt nõ hoc laborãtibus: sed ociosis cõtingere videretur. Maior enĩ criminis crescat inuidia: cũ murmurare contingit ociosis. Et eleuauit manũ suam super eos: vt ꝓsterneret eos in deserto. †Ut deijceret semẽ eorũ in nationibus: ⁊ †dispergeret eos in regionibus. (Al. Et / Al. disperderet) Hic iusticia domini ꝓmittitur vt secuta pietas maiore gloria sentiatur. Dicit enim insurrexisse domini potestatẽ: vt in excedẽtib⁹ vindicaret: eosq̃ in deserto prosterneret: qui precepta domini audire noluerũt. Deinde: vt semẽ eoꝝ: id est: reliq̃s eorum humiliatos inter natiões redderet: qui pridẽ gloriosi cunctis gentibus extiterunt. Ad postremũ inclinatos atq̃ despectos per regiones dispergeret: ne quicq̃ vlterius de sua cõgregatione presumerent.

Et †cõsecrati sunt beelphegor et †mãducauerunt sacrificia mortuorum. Et irritauerũt eum in †studiis suis: ⁊ multiplicata est ĩ eis ruina. (Al. initiati / Al. comederunt / Al. adinuentionibus) In his versibus ⁊ excessus maior ⁊ vehementior ira subiungitur: vt non solum ad temp⁹ sacrificasse: ꝫ etiã ipsi quoq̃ idolo gẽtiũ beelphegor ɔ̄secrati esse viderentur. Sic enim in culturas demonũ nimis̃ trãsierant: vt iam non domini: sed demonũ serui esse probarent̃. Pulcherrime aũt dictũ est: Sacrificia mortuoꝝ: quia defunctis hominib⁹ ĩ impẽdi cultura ipa ꝓbabatur: quos gentilitas immortales deos esse iudicabat. Sed intẽde sollicite: q̃d multiplicatã ruinã supra eos dicit: q̃bus erat sancti sui ꝑcibus parcitur⁹. Illud enim quod debebatur multiplicatũ dixit mole peccati: vt maior fieret clemẽtia q̃bus nũerosior relaxabat̃ offẽsa. †Stetit phinees ⁊ †exorauit: ⁊ cessauit quassatio. Et reputatũ est †illi ad iusticiã: in generatiõe ⁊ generationẽ vsq̃ in †seclm. (Al. Et / Al. placauit / Al. ei / Al. sempiternum) Stetit: verbũ ipm soliditatẽ mẽtis ostẽdit: vt in illa generali perturbatiõe sol⁹ ausus fuerit cõfidentiam deprecantis assumere. Nam cum legat̃ zelo trãsfixisse iudeũ: qui mulieri madianitidi cõtra vetituꝫ domini miscebat̃: tamẽ quoniã hoc zelo diuio se

uisse cognoscit̃: oratio mag. dicta ē q̃ ope-
ratio. Quisquis enī bonis actib⁹ occupat̃
exorat: cuius homicidiū nō horruit: quoni
am adulterij maculā vindicauit. Intantū
enī post effusum sanguinē innocēs fuit: vt
ipsius quoq; iudicis meruerit voce lauda-
ri. **Et irritauerūt eum ad aquas
cōtradictiōis: ꝛ vexat⁹ est moyses
ꝓpter eos: q2 exacerbauerūt spiri-
tum eius. Et distinxit i labijs su-
is.** Uenit ad quintā narrationē: vbi illa
referẽ offensio: quādo post tot ostēsa mira
cula: sub nefandis murmurationib⁹ aqua
petebaẽ. Que sic noscit̃ expetita: vt cōtra-
dictio magis videret̃ eē q̃ postulatio. Ibi
enī moyses: sicut in libro legit̃ numerorū:
nimia iudaica populi importunitate succē-
nu. 20 sus: diffidēter excrepuit dicēs. Audite re-
belles ꝛ increduli: num d̃ petra hac vobis
aquā poterimus eijcere? Quo sermōe ꝛ ip
se quoq; peccauit: q̃ iam tantis miraculis
ꝑacceptis: non credidit dominū que fecit
esse facturū. Qd̃ dictū labijs suis a priore
cōstātia omnino distinxit atq; separauit:
quādo istud ambigue locutus est: dum illa
certissima fide ꝓmisisset. Quod locutiōis
gen⁹ scripture diuine ꝓpriū esse dicamus:
quādo hoc nec littere seculares: nec cōmu-
nis vsus exercet. Hic autem moysi sancti-
tate seruata: hoc tantū meruit vltione per
celli: ne in terrā introiret promissionis: qui
de domino magna promittere nō presum-
psit. Naz post obitū eius: cū ad iesum na-
Josue. j ue: loqueretur domin⁹ dixit: Cōfortare igi
tur ꝛ esto robustus valde: vt custodias ꝛ fa
cias omnem legē: quam ꝑcepit tibi moy-
ses seru⁹ me⁹. Dicendo enim: seruus me⁹:
gratiam in eo mansisse sue pietatis osten-
dit. **Nō disperdiderūt gētes quas**
Al. dixit **†dixerat dn̄s illis. Et cōmixti sūt**
Al. locus **inter gētes: ꝛ didicerūt opera eoꝝ
ꝛ seruierūt sculptilibus eoꝝ: ꝛ fa-
ctum est illis in scandalū.** Tanq̃ par
uū fuisset qd̃ peccauerat in deserto popul⁹
hebreoꝝ: sic postq̃ terras ꝓmissiōis intra-
uit oblitus domini mandato ꝝ cum illis se
magis gentibus vetita societate cōiunxit:
quas propter idolorū culturas eis fuerat
delere preceptū: addentes malum sceleri-
bus suis: vt se eorum quoq; superstitione
polluerent: factaq; illis est scandalum re-
promissionis terra: que fuerat in magnum
premiū: domino largiēte ꝯcessa. Miserri-
mi hominū: qui dei mun⁹ in peccata verte-
runt: vt quod ille donauerat ad gratiā: ex-
cedentib⁹ fieret ad ruinam. Sic monemur
recte vti beneficijs: diuina largitate colla-
tis: ne magis inde peream⁹: vnde subleua-
ti fuisse cognoscimur. Scandalū: grecū no
men est: significans sinistrū: quod mentes
eoꝝ in leuam partem peruersa imitatione
deduxit. **Et immolauerūt filios su
os ꝛ filias suas: demonijs. Et ef
fuderūt sanguinem inocētem: san-
guinē filioꝝ suoꝝ ꝛ filiaꝝ†.** Quis in Al. suarū
scripturis diuis: effusum sanguinē huma-
nū ab hebreis qui i terrā repromissiōis in-
gressi sunt: in sacrificijs demonū non lega-
tur: tamē ab etate sequēti: h̃ fieri potuisse
non dubiū est: quādo ꝛ ꝑsens scriptura in-
dex ꝓbatur esse veritatis. Et inspice quē-
admodū veraci relatiōe peccantiū exagge
rat̃ iniq̃tas. Primo enī dixit: Effuderūt sā-
guinē innocētem. Et ne putaret̃ extranei:
addidit: Filioꝝ suoꝝ ꝛ filiaꝝ: quoꝝ salus
in hūana conuersatione dulcissima est: vt
illis non parcerent ꝓ quibus pij parentes
etiā interfici nō recusāt. **† Quos sacrifi-** Al. Quas
**cauerūt sculptilib⁹ chanaan. Et
infecta est terra i sanguinib⁹: ꝛ cō
taminata est in operib⁹ eoꝝ: ꝛ for-
nicati sunt in †obseruatōibus suis.** Al. adinuen-
Adhuc in ipsa auxesi ꝛ in his duob⁹ v̄sib⁹ tionibus
ꝑseuerat: qd̃ schema grece d̃r Climax: latiē Sche
gradatio: q2 ꝑ grad⁹ q̃sdam siue in laude si
ue in vituꝑatōe sensus noster ascēdit: quā
ꝓxime q̃dē diximꝰ: s; nō piget freq̃nt̃ repe-
tere qd̃ auctoritas ipa cog̃scit̃ iterare. Et q2
dixerat: Filioꝝ filiaꝝq; sanguinē fusū: ad-
huc crescit inuidia: adhuc grādescit scelus:
qñ illa monimēta caritat̃ horrēdis sculpti-
lib⁹ sacrificata memorant̃. Interfectā igit̃
terrā: crudeles hoies debemus accipe: q̃ se
magis iniqua deuotiōe trucidarūt. Inter-
ficiēdo enī filios suos: tam nefario scelere:
parentes potius videbant̃ extingui. Tro-
pica enī locutōne positū est: interfectā ter-
rā: dū terreni hoies dicãt̃ mal' actōib⁹ inte-
empti. Exposuit enī quēadmodū infectā
dixerit trā: cū carnales ꝛ insipiētes pessima

Al. furore dñs in ppl'm suũ

fuerint actione demersi. Nam illi fornicati videntur in dño: qui se adulterinis superstitionib⁹ polluerunt. **Et iratus est animo dñs in pplo suo: et abominat⁹ est hereditatem suã. Et tradidit eos in manus gẽtium: et dñati sũt eorũ q̃ oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorũ: et humiliati sũt sub manib⁹ eorũ.** Hoc quoq̧ tropica locutione dictũ est: quia pturbatio animi cadere nõ probatur in dñm: sed vindicte eius excita potentia: humana cõsuetudine ira vocitatur. Sed quid fecit iratus? Auersus est ab illis: quod malorũ omnium cõstat extremũ. Sic quãdo illud qd continet subducitur: necesse est vt earum q̃ continentur ruina ptinus cõsequatur. Traditi sunt eñi opprobrio seruitutis: q̃ gloriari videbantur in idolis. Seq̃tur. Et dominati sunt eis qui oderunt eos. Quis omĩs dominat⁹ gẽtilis videatur esse molestissimus: addidit: Qui oderũt eos: vt grauius esset cum seruiret infenso. Nullis eñi obsequijs talis domin⁹ placari põt. Naz qui semper odit: semp iratus est. Deniq̧ vide qd seq̃tur. Et tribulauerũt eos inimici eorũ: et humiliati sunt sub manib⁹ eorum. Talis ergo vicissitudo recipitur: vt qui amãti domino seruire noluerunt: odiẽtibus inimicis iusto iudicio pbarentur eẽ subiecti. **Sepe liberauit eos. Ipi aũt exacerbauerũt eũ in cõsilio suo: et humiliati sunt in iniq̃tatib⁹ suis. Et respexit eos cum tribularentur: cum exaudiret orationem eorũ.** Duplici modo hic miscdia diuinitatis exponitur. Premisit beneficia: et hũana nõ cessauit iniquitas. Intulit vindictam et afflictis iterũ dignata est donare clementiã: vt intelligam⁹ ipsum et bona pmittere: et flagellatis denuo subuenire. Hoc enim in his vsibus reperis: si diligenter intẽdis. **Et memor fuit testamẽti sui: et penituit eum scdm multitudinẽ misericordie sue.** Causam dicit quare fuerit israeliticus popul⁹ cum sepius peccaret audit⁹: nec vsq̧ ad perditionẽ debitam domini miseratiõe puenerit: Propter testamentũ scilicet nouũ quod ẽ eternũ: vbi domini aduẽtus eluxit q̃ nulla successiõe mutabitur. Ipe eñi pmissus est

Al. vidit
Al. et audiuit

abrahe: q̃ de ei⁹ erat semine nasciturus. Hoc erat abscõditũ in pphis: sed euãgelij tpe reuelatũ ẽ. Penituit aũt more hũanitatis dicitur: q̃ dũ penitet cõsueuit mutare dispositũ. Apud dñm. n. cũcta certis modis ordinata discurrũt: nec aliq̃d nouũ ẽ pscientiã ei⁹ euenit: dũ oĩa q̃ sit faciẽda cognoscit. Necesse eñi fuit vt nob nro more loq̃retur: q̃ naturã mortalitatis vt nos i etnũ viuificaret: assũpsit. Sed cõsidera q̃ ista penitẽtia dñi tunc fieri dr: qñ et nos penitẽtes esse cognoscit. Tales eñi ille nob efficitur: q̃les nos sibi esse pbauerit. Addidit: Scdm mltitudinem miscdie sue. Ipa ẽ que cũcta pctã supat: ipsa q̃ vsq̧ ad nram carnez venire digta est. Multitudo eñi miscdie iuste dr: p quã mũdus noscitur eẽ libat⁹. **Et dedit eos i miscdias: in cõspectu oim q̃ eos ceperãt.** In misericordias dicit eos datos: q̃ diuisa carismatũ munera susceperunt. Alij eñi pphe: alij apli: alij martyres: alij cõfessores: ex ipo populo dñi miseratõne floruerũt: vt eosdem postea miraculorũ intuitu venerentur gẽtes: q̃s añ velut abiecta mãcipia possederãt. Siue magis ad diabolũ vel ministros eius referri põt: vt corã eis redderentur liberi: q̃ sub potestate pus videbãtur eẽ captiui. Vñ apls dic: Principẽ ptãtis aeris hui⁹: q̃ opatur i filios infidelitatis. Et alibi: Vt resipiscãt a diaboli laqueis captiuati ab ipso scdm ipsi⁹ volũtatẽ. Ephe. 2 2. Timo.

Saluos fac nos dñe de⁹ nr: et cõgrega nos de natõib⁹. Vt cõfiteamur noi tuo scto: et gliemur in laude tua. Populus ille cũ ab initio psalmi istius vba dedimus: postq̧ se copia dñice laudis expleuit: sexta narratõe pfem dñm depcatur: vt ecclesiam suã de gẽtiũ cõgregatione pficiat: illud q̧ subiungẽs: Et gliemur i laude tua: nõ in hũana iactantia sed in te: vbi est reuera fixa gloria et sine fine leticia. Et inuere: quod hic saluare dicitur pater. Legitur etiã et filium saluare: vt est illud: Venit fili⁹ hominis saluũ facere quod perierat. Predicatur etiã saluare spiritũsanctum: vt est illud ad titum: Saluos nos fecit per lauacrum regeneratõis et renouatõis spiritussancti. Sic indiuisibilis trinitatis equalitas atq̧ vnitas: et vbis siliib⁹ et vtutib⁹ indicatur. **Bñdictus dñs deus israel: a seculo et vsq̧ in seculum: et dicet** Luc. 19 Titu. 3

omnis popul⁹: fiat fiat. Hec est laus quā superiore versu cōgregatos optauit populos psonare. Hoc etiaʒ nūc sancta canit ecclesia: q̄ se de tāto bono p̄senti tempe consolat. Sed hoc dicit: ab isto seculo vsq; ad illud ppetuū seculum esse faciendū: vt continuata laus nunq̄ debeat habere fastidium. Sed cum p̄dictos hymnos deuot⁹ iudeorū populus canat: quis est iste alter q̄ dic: Fiat fiat? Scilicʒ vt mihi videt populus ille p̄putij est: qui eo tempe in fide non erat: quādo psalm⁹ iste canebat: qui tamē phetie v̄tute futur⁹ introduct⁹ ē: vt amore vniuersitatis diceret: Fiat fiat. Sic hodieq; in ecclesijs: orātibus sacerdotib⁹: respondetur: Amen: id est: fiat. Sic iam illis temporib⁹ ipsi indicabant: qui nunc idem faciūt. Conuenit enim hec verba ad talē intellectū trahere: q̄ librorū determinatiōes aduertere: sicut quibusdā placet.

Anta- **Conclusio psalmi.**

c tū est alleluia festiuū: responderūt oia titulo suo. Nā licet diuersa dicta sint: in vnā tamē grām tanq̄ voces canori organi cōuenisse noscunt. Quapropt summo desiderio supplicem⁹: vt nos de beneplacito sibi ipso esse pcedat: q̄ de prauis recta: de amaris dulcia: de tpalibus facere cōsueuit eterna: q̄ten⁹ ⁊ nos in christo dño gloriātes cōiter dicere mereamur: Bñdict⁹ dñs de⁹ israel a sec̄lo ⁊ vsq; in seculū. Meminisse aūt debemus qd̄ hic psalm⁹ q̄uis habeat: Peccauim⁹ cum prībus nr̄is: iniuste egim⁹: iniq̄tates fecim⁹: ad penitentes tñ non debeat applicari. Primū: cui festiuū alleluia p̄missum ē. Deinde: qr ipse loqtur hebreorū: cū singule psone penitētib⁹ dentur. Tertio: plus historiā cōtinet q̄ delicta deplorat. In multi p̄terea psalmis de peccati satisfactione breuiter inuenis dici: cū tamē nō ad ipam cām videant aptati.

Explicit expositio in psalmum CV

Incipit expositio in psalmum CVI

Uonia psalmus **Alleluia.**

q iste cū alijs duob⁹ superiorib⁹ sibi titulo p̄notat: puenire putamus vt nos q̄ ipsorū relatiōes sb̄ vna expositione memorem⁹: q̄ten⁹ mun⁹ tāti secreti facilius possit intelligi. In p̄mo alleluia cōmēdat ipse iudeorū: de q̄ nulla q̄rela est. Scdo cōsmemorat: q̄ in eadē gēte creberrimus offensionib⁹ errauerūt: ⁊ ad dñi grām ipsius miseratiōe reuersi sunt: hic aūt cōmonetur ipse christian⁹ vt laudes dñi p collatis sibi bñficijs debeat psonare. Hic breuit pōt intelligi qd̄ in vtroq; eorum debet inq̄ri. Uñ nūc ppha: vt dictū est: cōmonet populum christianū q̄ dñi redemptione saluatus est: vt ofitendo p̄terita: nouū cantet alleluia. Uox ista suauis est: hic sermo festiuus est. Quapropter venerant audiam⁹ stupēda magnalia: q̄ tanti tituli splēdore p̄notant.

Est hebraici **Diuisio psalmi.**

p ipsi cōfessionē: de q̄bus p̄cedentes psalmi locuti sunt: ppha venit ad ipsm christianū: q̄ p spacia toti⁹ orbis supstitionū solitudie atq; errore vagabat. In p̄ma sectiōe cōmonēs eū vt laudes dñi debeat cōfiteri: qm̄ ei⁹ glioso sanguine redēptus: ecclias accepit: q̄ p aras demonū lucosq; stulto rapiebat errore. Scda: grās dicit domino pagendas: qui gentilium animas veritatis pabulo ieiunas: religionis sue vbertate satiauit: ⁊ eorum vincula peccatorū īexuperabili virtute dirupit. In tertia: patri gratias p̄cipit esse referēdas: q̄ dominu⁹ christ⁹ adueniens: diaboli portas eneas vectesq; ferreos omīpotētie sue maiestate cōfregit. Quarta: domio christo sacrificiū laudis a sacerdotibus cōmonet offerēdū: q̄ inter sec̄li hui⁹ immanissimos fluctus eccliarū gubernatiōi q̄si quibusdā nauib⁹ p̄sidere noscūt: describēs quēadmodū ⁊ ipsorū temptationib⁹ v̄tus diuina subuenire dignat. Quinta: iterū dic̄ a sacerdotib⁹ ⁊ seniorib⁹ dñm esse laudādū: q̄ squalentē mundū ariditate pcti in amenissimā iocūditatē celesti mūere cōmutauit: qd̄ vidētes recti corde nimia exultatiōe gaudebūt. Illud aūt cōsiderandū est: qd̄ p̄dicte partes sīlib⁹ versib⁹ inchoare noscūt. Qd̄ gen⁹ carmis a mgr̄is secularibus intercalare vocitat: vbi adeo repetitio crebra geminatur: vt necessaria cōmonitio frequēti repetitione dulcescat.

Expositio

c **Onfitemini dño qm̄ bon⁹: qm̄ i sec̄lm miscdia ei⁹.** Preuidēs ppha ipsm xp̄ianū aduētu dñi graʒ pceptuū: ne securitate tāti bñficij aliq̄ negligētia lentaret: cōmonet eum ⁊ pdere pctā

sua ⁊ laudes domini personare: qꝛ hoc verbum cōfitere: ad vtrumqꝫ dixim⁹ pertinere. Ille eni pconia domini salutariter assumit: qui pri⁹ eum delictoꝝ suorū cōfessiōe placauerit. Subseq̄t etiā: Quoniā bon⁹: vt peccatorib⁹ sit cōfidētia post satisfactionem pio domio supplicare. In seculū vero hic: significat in ęternū: quia nullū temp⁹ est quod ab ei⁹ misericordia reperiatur exceptū. Nam et hic consueuit parcere: ⁊ ibi fidelibus dignabit̄ ęterna pmia condonare. Ita fit vt semp bon⁹ supplicib⁹ suis: semper misericors approbetur. Nam ⁊ cum iudicat bonus est: qꝛ iusticia bona est. Dicant † nunc qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici. Dicant vtiqꝫ: allelu*ia*: quod titulus ait: ⁊ se iocūdis exultationib⁹ consolentur qui ad domini gratiaȝ venire meruerunt. Significat autē specialiter populos gentium: qui domini sanguine redēpti: ⁊ de potestate diaboli ipi⁹ miseratiōe sublati sūt. Tanta eni duricia: rigēs atqꝫ stupida manus illius fuit: vt nisi fuso sacro sanguie laxari nullo tempe potuisset. Nā ad eos ptinere quod dicit̄: sequētia declarāt. De regionibus cōgregauit eos. A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilōe ⁊ mari. Per figuram Periphrasin: quę latine dicitur per circuitū: exponit diabolice dextere quę fuerit potestas i toto orbe diffusa: vt beneficium sanctę incarnationis hominib⁹ innotescat: quę ⁊ actorē pernitiosū maiestatis suę potentia religauit: ⁊ vincto vasa mortis eripuit. Dixit pri⁹: De regiōibus. Et ne putares de paucis prouincijs cōgregatos: addidit: A solis ortu ⁊ occasu: ab aquilone ⁊ mari. Cū tres cardines mūdi designauerit: p quarto: id est: p australi posuit mare: ab illa parte occeanum volens intelligi qui cunctā mundi marginez dicit̄ circuire. Similis est ⁊ illa descriptio i genesi: vbi semini abrahę vniuersum orbez promittit dicens: Leua oculos tuos ⁊ vide a loco in q nūc tu es: ad aqlonē ⁊ austrū ⁊ ad orientez ⁊ ad mare quod est occasus. Occasus enim dicitur: quasi horarum casus. Ita mare quod hic posuit pro austro: ibi p occidente cōstat esse nominatū. Vocabulum siquidem istud: pro qlibet parte

Al. nō bȝ

Sche

Gen. ȝ

ET

mūdi pōt competenter aptari: quādo vniuersam terram circulo fertur suę peruagatiōis includere. Unde euidenter aduerti̇t hāc generalem adunationē non de iudęis dici: sed de ecclia catholica quę ex toto orbe noscitur cōgregata. Errauerūt in solitudine: in † siccitate viam ciuitatis † habitationis nō inuenerunt. Esurientes ⁊ sitientes: anima eorum in ipsis defecit. Quis diuersę gētes gauderent numerositate populoꝝ: tamen in solitudine versabant̄: cū nullos verissimos doctores: nullam ecclīam habere probarentur: quia supstitiosa gētilitas viam ciuitatis domini: vbi habitare debuisset: necdum cum idolis sacrificaret inuenerat. Esurientes autē ⁊ sitiētes: curiosos huius sęculi significat viros: q veritatis semitas diuersis opinionibus exqrebāt. Sed qm̄ nō crediderant eius auctori: in vera sapiētia nō poterant inueniri. Seqtur. Anima eoꝝ in ipis defecit. In ipis: vtiqꝫ laboribus atqꝫ studijs eoꝝ animositas lassata succubuit: qꝛ sic deū desiderabāt quęrere: quēadmodum nō poterāt inuenire. Et clamauerūt ad dn̄m cum tribularētur: ⁊ de necessitatibus eoꝝ † liberauit eos. Et eduxit eos in viaȝ rectam: vt irent in ciuitatē habitationis. Quēadmodū duob⁹ v̄sib⁹ supiorib⁹ descpsit errātes: ita nūc duob⁹ alijs refert ad dn̄i dona redeūtes. Clamauerūt: significat magno desiderio qsiuerūt. Quę tamē cōpunctio a dn̄o venit: vt illud desiderant̄ petat̄ q᷑ cognoscit̄ esse pficuū. Et vt vim ipsius nois indicaret: addidit: Cum tribularētur. Quo tempe clamor cordis tot̄ viribus excitat̄: qn̄ ⁊ iminens piculū timet̄ ⁊ psumptio hūana sbducit̄. Sed vide quid clamor iste pstiterit: videlicz vt ⁊ de necessitatib⁹ liberarent̄ ⁊ semitas veritat̄ agnoscerēt: qtenus q pridē in inuio errore vagabant̄: accepta via sctissimę religiōis ad ecclesię beatę felicit̄ atria puenirēt. Confiteantur dn̄o mīsc̄dię ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hoīm. Venit ad scdam sectionem: in qua cōmonet iam fideles vt domino gratias referre non desinant: qui eius copiosa beneficia pceperunt. Veracit̄ aūt ⁊ salutarit̄ dictū est debere dn̄o cōfiteri

miscđias suas: qr qcq̄d in nob videt lauda bile: ei⁹ ↄstat eē clemētie: q̄ peccata relaxat: spem tribuit: ⁊ ad bonitatis sue dona perducit. Nā quod dicit pluraliter: misericordias: illud significat: quoniā mult̄ q̄dez ⁊ diuersa largitur: sicut dicit apostol⁹: Sed vnusquisq; ꝓpriū donū habet a deo: vn⁹ quidem sic: alius autē sic. Quapropꝫ pio domino semꝑ dignum est cōfiteri: qui nos et a periculis liberat: ⁊ splēdore sue pietat̄ illuminat. Miracula vero q̄ fecit tempe incarnatiōis sue: per euāgelistas ⁊ apostolos posteris dicit esse predicanda: sicut cōstat effectum. Memento aūt: quod hic versus per quattuor diuisiones vsq; ad finez sine aliqua ꝑmutatione repetit: vt sicut de q̄tuor mūdi partib⁹ dicit ecclesiā ↄgregatā: ita de totidem cardinib⁹ orbis laudes misericordie ipius deuotis mētib⁹ offerant.

Quia satiauit aiam inanē: ⁊ animā esurientē satiauit bonis. Inanis est anima: quando ꝑuersitatib⁹ occupata: ad creatorē suū reuerti: nulla deuotione festinat. Animā vero esurientē dicit: quādo iam diuina gratia visitata: ad dn̄i desiderat venire medicinā. Quod factū est in gētib⁹ que intentionē suā primū in idoloꝝ vanis desiderijs occupabāt. Tunc eni erant inanes ⁊ vacue: quādo bonis fructib⁹ ꝓuabātur elusę. Scđo esuriētes satiate sunt: quādo dn̄i miseratōe commonite: vota sua ad penitētie studia trāstulerūt. Sedētes in tenebris ⁊ vmbra mort̄: ⁊ vinculis ligati in mēdicitate ⁊ ferro. Sensū q̄ ante aduentū dn̄i fuerūt: in hoc v̄su vita describit. Sedebāt em̄ i tenebris: q̄m vacuate lumine fidei: ꝑfidie cecitate reddebant obscure. Et cū dicit: Sedētes: ostendit eas lōgo situ ibidē fuisse v̄satas. Umbra mortis fuit seculi isti⁹ vita vitiosa: que illi⁹ future mortis teterrimā portabat imaginē. Uinculis vtiq; ligati erant: q̄ dominatione diaboli: peccatoꝝ tenebant nexibus obligati. Mendicitas: ad indigentiā boni ptinet: vbi multo grauior est oīno penuria: que nō corp⁹ sed quod ē grauī⁹ animam probat affligere. Ferrū significat duritiā maloꝝ: quoniā ferreū plerumq; dicimus: qđ durum esse mōstram⁹. Quia exacerbauerūt eloquia domini: et ↄsiliū altissimi irritauerūt. Et humiliatū est in laboribus cor eoꝝ: infirmati sunt: nec fuit qui adiuuaret. Intuendū est quod in his duobus versibus figura sit Parison: id est: equatio sentētie. Exponit em̄ in primo versu: quē admodū peccauerint: ⁊ in secundo que receperint. Quod schema in hoc psalmo frequenter diligens lector inueniet. De illis enim dicit qui sedebant in tenebris ⁊ vmbra mortis: quia cōtra domini eloquia facientes in ei⁹ regulis viuere respuebant. Et necesse erat vt paterent iratum: quē iudicabant esse temnendū. Deniq; vide quid sequit: Et cōsiliū altissimi irritauerūt. Irritauerunt plane: vt qui superbi in prosperitatib⁹ extiterunt: in tribulationib⁹ ⁊ angustijs humiles redderent. Iustum cōsilium: saluberrima medicina: vt morb⁹ seculi: cōtrario remedij munere curaret. Adiecit: Infirmati sunt: id est: a seculi presumptione deiecti sunt: vt facilius ad penitentie remedia peruenirēt si incitamenta contumacie perdidissent. Additū est: Nec fuit qui adiuuaret: subaudiendū: alter. Nemo enim prestat periclitāti: nisi cui omnipotens deus preceperit subuenire. Et clamauerūt ad dominum cum tribularentur: ⁊ de necessitatib⁹ eorū liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra mort̄: ⁊ vincula eorum dirupit. Ecce quare humiliati: quare infirmati sunt: scilicet vt ad dominum clamarent: delicta propria cōfitentes. Silebant enim in elatiōe positi: et velut insensata pecora nullum verbum salutare fundebant. Compunctio facta est: et tūc vocem proficuam reddiderunt. Et inspice: misericordie domini: quibus distinctionibus exponūtur. Primo de necessitate liberauit eos: qui premebant seruitute diaboli. Deinde a superstitionum suarum tenebris eduxit animas peccatorum sorde pollutas. Tertio non dixit vincula eorum soluit: ꝫ dirupit. Sic diaboli tyrānica potestas christo veniente dirupta est. vt nūq̄ in illam qua fuit dominationē redire ꝓualeat. Confiteatur dn̄o miscđie ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hominū. Uenit ad tertiā sectionē: vbi illū v̄sū reperis

ET

quem in secūda parte iam dixit. Hi sūt intercalares: quasi in medio calle positi: id est: in carminis itinere ꝯstituti. Admonet enim liberatos gratias agere: quia ianuas peccatoꝝ ⁊ maloꝝ omniū claustra virtus diuina cōfregit. **Quia cōtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos confregit.** Hec est causa qua dicit domino confitendum: quia pro liberatione nostra portas eneas vectesq͡ȝ cōfregit: vt ipso nobis viam ꝑbente: vitam istam possim⁹ sub securitate transire. Porte sūt enee: hominū consuetudines vitiose: que nos ita in peccatorū atrijs recludunt vt exeundi nequeant ꝑbere licentiam. Vectes autē ferreos: spirit⁹ immundos nō improbe videmur accipere: qui illas ianuas peccatoꝝ ne crucūdatos exire liceat obserare noscūtur. Hec enim duo metalla: pro fortitudine delictorum videnᵗ adhibita. Sed ista hominū viribus desperata: virtus diuina confregit: quādo periclitātes aduent⁹ sui lumine miserata respexit. **Suscepit eos de via iniquitatis eorum: ꝓpter iniusticias enim suas humiliati sunt.** Quis omīa domin⁹ maiestatis sue ꝑsentia complere videatur: tamē sic a peccatorib⁹ longinquus redditur: vt nō ei fiant proximi: nisi quādo ad eum ipsi⁹ miseratione venerint corde compuncti. Sed quātum noceat ista desertio: patenter exponitur. Dicit enim: propter iniusticias suas humiliatos: nō illa humilitate vitali. Alia est enim humilitas que erigit: nō ista q̄ deijcit. Humiliatur quippe in interitū: qui ad illā nō meruerit peruenire medicinam. **Omnem escam abominata est anima eoꝝ: et †appropiauerunt vsq͡ȝ ad portas mortis.** Quātum ad litterā pertinet: languentiū cōsuetudo describiᵗ: qui per fastidia cibi: discrimē incurrere probanᵗ exitij. Sed hic spiritualem escam: id est: legē domini ⁊ salutaria ꝑcepta potius debemus aduertere: vnde fidelis anima viuit: ⁊ copia superna reficitur: de qua impioꝝ mēs exitiosa fame ieiuna est: dum egrotāte aīa bonarum rerum noscit sustinere penuriā. Grauis morb⁹ ⁊ execrāda calamitas: diuine legis appetentiā nō habere. Nam vnde possit viuere: si suam vitā ceperit nō amare? Hinc factum est: vt ad illa claustra mortifera venireᵗ: q̄ ideo nō sunt ingressi: quoniā erāt domini miseratiōe liberādi. **Et clamauerūt ad dominū cū tribularentur: ⁊ de necessitatib⁹ eoꝝ liberauit eos.** Istum versuz cōstat esse repetitū: quoniā in simili causa vnā decuit esse sentētiam. **Misit verbū suum ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitionibus eorum.** Hic agnoscim⁹ qualis lāguor sit spūales delitias fastidire: vt sola celestꝭ medici ꝑsentia tale potuisset periculum egritudinis amputare. Venit enī domin⁹ saluator qui nos reficeret ac sanaret: ne spirituales cibi ieiuna peccatorum corda cōsumerent. Nā quod ait: Misit ꝟbum suum: ad caritatem diciᵗ pr̄is: nō ad īparilitatē potētie. Naz mittiᵗ ⁊ a filio spiritussanctus: sicut ⁊ ipse in euāgelio ait: Expedit vobis vt ego vadā. Si enī nō abiero paraclitus nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mittā eum ad vos. Et iterum fili⁹ mittitur ab spiritusctō: sicut esaias ꝺ christo ait: Spirit⁹ domini super me: ꝓpter quod vnxit me: euāgelizare paupib⁹ misit me. Mittiᵗ etiā potior a minore: sicut tobias angelū misit. Sed nec minor ē fili⁹ dn̄i a patre mittiᵗ: nec spiritussctūs filio qm̄ ab eodez destinaᵗ. Iste siqdem sermo ad ꝯcordiam ꝑtinet: nō ad distātiam ꝑtātis. Nam equalitatē esse in trinitate potētie vel nature: in scripturꝭ diuis frequēter asseriᵗ: qd̄ inᵗ alios decēter a pr̄e nr̄o augustino in libro testimonioꝝ cōstat eē collectū. **Cōfiteantur dn̄o misericordie ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hominū.** Quarta sectio repetitis ꝟsibus introiᵗ: qbus expositio predicta sufficiet. Cōmonet autē sacerdotes: vt dn̄o sacrificēt: ⁊ mirabilia eius ipsis non desinant predicare. **Et sacrificent sacrificiū laudis: ⁊† ꝓnunciēt opera eius in exultatione.** Domio sacrificiū reddit: qui letus hostiaz laudis obtulerit: quia multo prestantius est cuz bonis actibus psalmodie illi iubilationes offerre: q̄ pecudum victimas immolare. Nam qualia sacrificia sint prebenda: consequenter exponit: scilicet vt predicatores beneficia eius tacere non debeant: quatenus et ipsi reddāt debitū: ⁊ fidelib⁹ cōpetēs doctrina

†l. et ꝑpropinquauerūt

Ioh. 16

Esa.

pp

ac...

mōstrēt. Sed qualis sit ista pronunciatio
aptissimo ỽbo declarat: id est: In exultati
one: nō tristis: nō diffidens: sed letus atq̧
promptissim⁹: vt ab audientib⁹ possit intel
ligi cōfidentia predicātis. Illa em̄ celerius
accessam⁹ credere: que doctores videm⁹ fi
xa ꝛ grata mente ꝑdicare. **Qui descē
dunt mare in nauib⁹: facientes ope
rationem in aquis multis.** Cum di
cat: Descendūt mare: significat sacerdotes
q̄ seculi ist⁹ ꝓcellosa descendūt. Nam cuꝫ
dicit: Descendūt: ostēdit inferiora loca esse
seculi: ad q̄ descendi posse testat. In naui
bus aūt: vt sepe diximꝰ: ecclias significat:
q̄ ligno crucis mūdi istius tēpestates ena
uigant. Sic em̄ mare descendit atq̧ transi
tur: si tutissimis nauibus insedeatur: vbi
gubernator est christ⁹: vbi remiges aposto
li ꝛ sanctoꝝ pontificū beata collectio. Se
quit. Facientes operationē in aquis mult.
Adhuc in eadem cōparatiōe persistit. Sa
cerdotes sunt em̄: qui operant in aq̄s mul
tis: id est: ꝑdicāt populis christianis. Aq̄s
em̄ multas: populos significare nō dubiū
est: quādo i apocalypsi: quid esset aque in
terrogāti iohāni: respōsū est: Populi sūt.
Qui aūt verior pōt esse intellect⁹: nisi quē
tante veritatis cōfirmat auctoritas? **Ip
si viderunt opera domini: ꝛ mira
bilia eius in profundo.** Ipsi ꝑdicato
res q̄ opas ei⁹ spūali intelligētia cognoue
rūt: vt mare rubrū: baptismuꝫ: vt ione tri
duanā illam ferini vētris innoxiā habita
tionē: sepulchꝝ domini significare cognosce
rent. ꝛ his similia: q̄ scripturarū diuinaruꝫ
ꝑfiguratiōibus agebant. Eoq̧ fit vt mira
bilia ei⁹ in ꝓfūdo respiciāt: q̄ opas ei⁹ spi
rituali estimatiōe ꝯsiderāt. **Dixit ꝛ ste
tit spirit⁹ ꝓcelle: ꝛ exaltati sunt flu
ctus ei⁹. Ascendūt vsq̧ ad celos
ꝛ descendūt vsq̧ ad abyssos: aīa
eorū in malis tabescebat.** Ne illi q̄s
supius dixit opam dn̄i in ꝓfundo posse cō
spicere aliq̄ elatiōe turgescerēt: nūc coꝝ ꝓ
cellas ꝛ fluctus ꝯsequēter exponit. Dixit ꝛ
stetit spūs ꝓcelle: significat qm̄ dn̄s tempe
states tribulationū nr̄aꝝ pia miseratione
suspēdit: ne malis crescētib⁹ obruamur: s
itez nisi ipo ꝓtegēte libemur. Hec dilatio
nob fit maior: cū piculi. Exaltāt em̄ fluct⁹
in mētib⁹ hūanis: qm̄ putam⁹ meritis nr̄is
attribui: vn̄ sola videmur diuina gr̄a posse
liberari. Sed isti fluct⁹ narratiōe pulcher
rima describunt. Ascendūt em̄ vsq̧ ad ce
los: qm̄ seculi elationib⁹ erigūt. Descēdūt
vsq̧ ad abyssos: cū in desperationē metuꝫ
q̧ ꝑuenerint. Et vide q̄d seq̄tur. Aīa coꝝ i
malis tabescebat: vtiq̧ qm̄ vsq̧ ad ꝓfun
das abyssos formidine faciēte descēderāt.
Tabescebat em̄ ꝛ in bono positū est: sicut Ps. 38
xxxviij. psalm⁹ dicit: Et tabescere fecisti sic
araneā aīam ei⁹. Sed h̄ ideo additū ē: In
malis: vt in q̄ ꝑte sit positū absolute debu
isset intelligi. **Turbati sunt ꝛ† com** Al. moti
**moti sūt sicut ebri⁹: ꝛ oīs sapiētia
eoꝝ deuorata est.** De ipis adhuc dic:
de q̄bus superi⁹ ait: Anima eorū in malis
tabescebat. Turbati sunt: ad ꝯfusionē per
tinet sensus. Cōmoti sunt: ad iras ꝓtinus
cuomēdas. Quapropter taliū sapiētiā di
cat esse deglutitā: quia sapiētia nō pōt nisi
apud quietos ꝛ imꝑturbatos inueniri. Sa
piētia coꝝ bene de illis dicit: q̄ sibi antevi
debant esse doctores: s eam ꝯstat esse de
glutitā: q̄ ꝑturbatis mētib⁹ nō ꝑualet ap
parere. His ergo exemplis monet sacerdo
tes: vt dn̄o supplicent: q̄ten⁹ cor coꝝ in hūi
litate cōsolidet: ne diabolicis temptatiōib⁹
ventilent. **Et clamauerūt ad dn̄m
cū tribularent: ꝛ de necessitatibus
eoꝝ† liberauit eos. Et statuit† ꝓcel** Al. eduxit / Al. ꝓcellas ei⁹
lā i aurā: ꝛ siluerūt fluct⁹ ei⁹. Illi ve
lut ebrij: q̄ruꝫ sapiētia deglutita videbat:
clamore salubri ad vitalia ꝯsilia redierūt.
Ad dn̄m quippe ꝯuersi: ceperunt esse iā so
brij. Quid autē egerit auxiliaris clamor ex
ponitur. Et de necessitatibus eorū libera
uit eos. Ipse autē necessitates: quēadmo
dū remote sint: allegorica descriptiōe nar
rantur. Sequitur em̄. Et statuit ꝓcellā in
auram: ꝛ siluerūt fluctus eius. Tempestas
illa seuissima que ab hūana fragilitate nō
poterat sustineri: in auras iussa disparuit:
cōfestimq̧ fragor ille seuientiū malorū im
perio dominantis obmutuit. **Et letati
sunt† quod siluerūt: ꝛ deduxit eos** Al. quia
in portum voluntatis eorū: † ꝛ de Al. nō hꝫ
necessitatibus eorū liberauit eos.
Dicit quod solet post pericula labore fes
sis emergere: vt se gaudeāt ingenti clade

ET liberatos: quando ad portum ceperint venire tutissimum. Portus enim: a portandis nauibus est dict⁹. Subiungit repetita quidē sed nimis grata cōclusio: vt de necessitatib⁹ cūctis liberaret animus ꝗstuantis. **Confiteantur domino misericordie ei⁹: ⁊ mirabilia eius filiis hominum.** Uenit ad quintā sectōnem: vbi gratias agere domio sanctā monet ecclesiā: quia diuersa beneficia hūano generi pi⁹ miserator indulsit. Sed inspice quod eundē versū quarto repetijt: vt quadrifaria illa mūdi diuisio: quā supi⁹ dixit: A solis ortu ⁊ occasu: ab aqlone ⁊ mari: his cōcordās pribus redderet: quaten⁹ fidelis ꝯfessio vbiqꝫ eadē: vbiqꝫ celeberrima cātaret. Congruebat enim: vt vnā religionē: vnū populū: vnā ecclīam: vna quoqꝫ sanctitas ꝑdicationis includeret. **Et exaltēt eū**

Al. seniorū **in ecclesia plebis: ⁊ in cathedra† seniorum laudent eum.** Exaltare dicit dominū: qui supra omēs celoꝝ terrarūqꝫ potestates excelsus est: non quod illi quicqꝫ possit addi: sed vt nos in ipius exaltatione debeam⁹ augeri. Nam quādo euz cogitamus atqꝫ laudam⁹: immēsus ⁊ incōprehēsibilis apparet altissim⁹. Hic autē plebē: nō qdcunqꝫ abiectū hoim gen⁹ debemus accipere: sed illā nobilē vera religiōe pollentem q̄ dnm religiosis actib⁹ semp exaltat. Nā cum dicit: Et in cathedra seniorū laudent eū: omēs doctores ꝑcipit laudes domini ꝯsonare: q in cathedra senioꝝ residere noscunt: id est: q successores veteꝝ pōtificū esse meruerūt. Cathedrā siqdē doctoribus dari: in primo psalmo sufficiēter ex-

Al. nō bz positū est. † **Quia posuit flumina ī desertū: ⁊ exitus aquarūz in sitim.** Causam reddit q̄re debeat dño ꝯfiteri turba fideliū: q̄ reprobata ꝑfidia iudeoꝝ: omnis plenitudo venit ad ꝑlm christianū. Illa siqdē flumina: id est: ꝓphete vel apostoli: nō credētibus iudeis ad deserta gentiū trāsierūt. Nam cū verba dei cōtumax populus hebreoꝝ spūaliter nequaqꝫ suscipere voluisset: velut fons irrigu⁹ diriuat⁹ ad gentes omnis diuinus sermo trāslat⁹ est: ⁊ facti sunt vberrimi: qui prius siccati fuerant ariditate peccati. Mirabiliter autez dictum est: Exitus aquarū in sitim: id est: ad gentes que aquas celestes sitiēter haurirent: nō vt iudei exitiabili contemptu respuerēt. **Terram fructiferaz in† salsilaginem: a malicia inhabitātiū in ea.** Quia prius dixerat gentiū euocationem: que ptinet ad christianos: nunc dicit expulsionē iudeoꝝ: que illis per superbiā ꝓuenisse declarat. Terra enī erat fructifera: quādo supna religione florebat: sed facta est salsilago: cum domini ꝑcepta ꝯtempsit. Humor enī salsus fructibus ꝓbatur aduersus: q̄ vbicunqꝫ dñatus fuerit: gratiam fecunditatis intercipit. Sed quare illis ꝯtigerit: causa subiūcta est: ꝓpter maliciaz scilicet eoꝝ: qui terrā illam fructiferā: id est: domini tabernaculū: subdolosis mētibus habitare videbant. **Posuit desertum in stagna aquarū: ⁊ terrā sine aqua in exitus aquarū. Et collocauit illic esurientes: ⁊ cōstituerūt ciuitatem habitationis.** Iste versus ad populum ptinet christianū: quorū siccitati sacri baptismatis data ē vnda salutaris. Stagna enī: p fontib⁹ ecclesiarū arbitror posita: a quib⁹ suscepta aqua: q̄to lacu retinetur: donec noue regeneratōnis dignitas impleatur. Stagna siqdem: ab ET

stando dicta sunt. Terra enī sine aqua: incredula significat corda gentiliū: que rigata vnda baptismatis sancta ꝑdicatōe floruerūt. Sz i isto beneficio illi collocati sūt: qui domini munera gloriosa nimis auiditate cōplexi sunt. Ciuitas aūt habitatōis: est ecclesia catholica: in qua firmiter se constituūt: q supernis iussioib⁹ obsequunt.

Et seminauerūt agros ⁊ plantauerunt vineas: ⁊ fecerūt fructū natiuitatis. Et benedixit† eos ⁊ multiplicati sunt nimis: ⁊ iumēta eorū nō† sunt minorata. Seminātagros: ⁊ plantāt vineas: qui corpora sua mundant sentib⁹ peccatoꝝ: celesti institutione purificant: vt fructus illos inueniāt qui domio placere noscūtur. Felix labor: ꝓuent⁹ mirabilis: sic operari vt redemptor gentium placatus possit agnosci. Ager enim dictus ET est: ab agendo: quod ibi diuersa vict⁹ causa peragantur. Addidit: Et fecerūt fructū natiuitatis: ⁊ benedixit eos: ⁊ multiplicati sunt nimis. Fructus a fruēdo dicit: ⁊ ideo ET

qui fructum spiritualẽ faciũt: benedictiõe
domini perfruũtur: quos vero infecũdos
esse cõtigerit abscidunt: sicut euãgeliũ illa
ficulnea: que luxuriantib⁹ foliis sterilis vi-
debat in pomis. Multiplicati sunt autẽ:
quãdo fideles benedicti sanctas opas in-
tulerũt: ⁊ glĩosiores facti sunt p dei gratiã
fecunditate meritorũ. Seqtur. Et iumẽta
eorũ nõ sunt minorata. Iumẽta: simplices
hoies debem⁹ accipe: fidei qdem ꝓbitate
pollentes: sed nulla disertitudine glĩosos:
meliores vita q̃ lingua: plurimũ valẽtes
nõ sermone sed corde: qlem paulũ legim⁹
simplicem q demonib⁹ imperauit. Tales
ergo nõ sunt minores facti: qui magnã vi-
dent domini gratiã consecuti. Sic ista ho-
minũ duo genera: habere sanctã testatur
Ro ecclesiam. †Pauci facti sunt: ⁊ vexati
sunt a tribulatiõe malorũ ⁊ dolo-
re †Et effusa est cõtentio super prĩ-
Hiob3 cipes †eorũ: ⁊ †seduxerũt eos †vana
Terrare eorũ: ⁊ seduxit eos in inuio ⁊ non
ex
Hiob3 in via. In his duob⁹ versib⁹ illos descri-
bit qui heretica prauitate decepti: ecclesiam
dñi derelinquũt: de qbus iohãnes aposto
lus dicit: A nobis exierũt: sed nõ erant ex
nobis. Nam si essent ex nob: mãsissent vti
q̃ nobiscũ. Isti ergo pauci fiũt: q̃uis mul-
ti sibi esse videantur. Nã ad illam vniũsa-
lem ecclesiam cõparati: oĩmodis ꝓbant exi-
gui. Hi vexati sunt a tribulatiõe malorum
⁊ dolore. Vexati vtiq̃: qñ eos diabolice in
sidie pculerũt. Necesse est eñi hos dolor ⁊
tribulatio subseqtur: q auctorẽ salutis reli
qsse noscunt. Seqtur. Et effusa est cõtẽtio
sup pncipes eorũ. Breuiter sacerdotes he-
reticorũ designati atq̃ notati sunt: a qbus
merito dicit effusa cõtentio: qr nõ salutari
doctrina: sed tantũ mortifera loqcitate cõ-
tendũt. Quippe q scripturas diuias locis
aliquibus suscipiũt: ⁊ pro pte maxima de-
relinquũt: hi quoniã sua vanitate seducti
sunt: p inuios labunt errores. Quippe qui
viam salutis deserunt: ⁊ tortuosis semitis
immorãtur: Audiant ergo vbi ambulant:
⁊ quo possint peruenire cognoscãt. Et
adiuuit pauperem de inopia: ⁊ po
suit sicut oues familias. Videbũt
recti ⁊ letabũtur: ⁊ omnis iniqtas
Roman †oppilabit os suum. Super⁹ de arro-

gantibus hereticis dixit: nunc ad humiles
catholicos redit: principes illorũ ieiunos
deserens: ⁊ istorum pauperes adiutorio ce
lesti reficiens. Iste eñi pauper: est vnus in
omnibus qui mundanis illecebris dereli-
ctis: cõtinue ianuam celestis misericordie
pulsat: vt in illam familiam mereatur ad-
mitti: que sicut oues innoxie simplicitatis
honore decorantur. Hoc cum sancti vide-
rint sine dubitatione gaudebunt: quia fi-
dele respiciunt suis cẽtib⁹ acquisitũ. Quo
facto diaboli iniquitas obmutescet: quan
do electis domini nouerit quod possit op-
poni. Quis sapiens ⁊ custodiet
hec: ⁊ intelliget misericordias do-
mini. Mirabilis psalmus: decoro fine cõ
clusus est. Quis sapiẽs: ac si diceret: Qui
vere sapiẽs est: custodit ista que dicta sũt:
vt christi se magis velit esse pauperem: q̃
hereticorum principem: vt eligat se celestis
regis pulsare ianuam: q̃ docere verba no-
centia. Iste enim qui potuerit sic eligere:
sic iudicare: tunc accipiet misericordias do
mini: que nullo possunt tempore termina-
ri. Conclusio psalmi.

Licet omnia psalmi hui⁹: suaui fue-
I runt predicatione narrata: ille ta-
men locus animũ meum precipua
delectatione permulsit: qui dei ecclesiam
breui cõplexione de cũctis dic mundi par-
tibus adunandã. Ait enim: De regionib⁹
congregauit eos. A solis ortu ⁊ occasu: ab
aquilone ⁊ mari. Sed opeprecium est: hũc
versum paulo diligentius perscrutari. Est
enim astronomice discipline optim⁹ indi-
cator. Dicẽdo eñi quattuor cardines mũ-
di: schemate quadranguli: terrarum orbẽ
depinxit. Hũc autem psalmum a doctissi-
mo patre augustino reperi fuisse diuisum:
quem ita se populo cõmemorat explanas-
se: vt eum iam non adeo crederet exponen
dum. Hoc nos q̃ntum cõcessum est imitan
tes: vniuersos psalmos adhibitis diuisio-
nibus credidim⁹ partiendos: iudicãtes ex-
planationibus nostris nõ minima prebe-
re solacia: quod tanti patris mõstrauit au-
ctoritas.

Explicit expositio in psalmum CVI
Incipit expositio in psalmum CVII
Canticum psalmi dauid.

I

IN hoc psalmo perquirenda nouitas inesse cognoscit᷑: quoniā eū de quinquagesimisexti: ⁊ quinquagesiminoni partib⁹ cōstat esse cōmixtū. Sed cum ipa verba sint posita: que in illis ante iam dicta sunt: ad intellectū tamē aliū perducunt᷑: quoniā mutat᷑⁹ titulus: qui semp cōtinentiam psalmi indicare monstrat᷑: aliter partes ipsas ꝙ̄ super⁹ dicte sunt psuadet intelligi. Canticum enim frequēter diximus ad diuinarū rerum cōtemplationē referri. Psalmū vero ad actuales operas: ꝙ̄ tamen diuinis noscunt᷑ conuenire mandatis. Quod in primo versu etiā ipse testat᷑: Cātabo ⁊ psalmū dicam domio. Dauid aūt: significat regem christū: qui in hoc psalmo locuturus ē. Quapropter singula magna debem⁹ intētione perqrere: quoniā psalmi in qb⁹ ex psona sua loqͥ dignat᷑: reuerētissima subtilitate profundi sunt: vt tāti secreti dignitas densiore velamine ꝓtegat᷑.

Diuisio psalmi.

P Er totum psalmū: sicut dictum est: loquitur domin⁹ christ⁹: Primo ordine: per id quod homo est: paterne glorie gratiam laudis exoluēs: quoniā suscipiens mirabile passionis arcanū: resurrexit ī gl'iam sempiternā. Secūdo hūliat se p humilitatem suā: vbi tñ ⁊ potētiam ꝓprie maiestatis ostēdit: vt duas naturas veraciter in vna dñi christi cognoscas esse psona: nō ꝙ in duos filios diuidat᷑ christ⁹: sicut quorundā sentit impietas: sed ꝙ vn⁹ atqꝫ idem fili⁹ dei: nūc sm carnē ꝓ nobis assumptā: nūc sm potētiam vbi loquat᷑ ⁊ gloriā. Discerne eñ naturas tam dei ꝙ̄ homis: ⁊ oīa sine offensione trāsibis: sicut a patribus sub breuitate ꝑceptum est: Da passiōes carni: da diuinitati miracula.

Expositio psalmi.

P Aratum cor meum de⁹ paratum cor meum: cantabo ⁊ †psalmum dicā domino. Sāctitas illa gloriose incarnatiōis: dum suaꝫ puritatem refert quēadmodū laudes dño dicant᷑ ostendit. Paratus eñ ille ad talia semp erat: qui ad ꝑconia patris peccatoꝝ discrepantiam nō habebat. Nam ⁊ ipa repetitio cōfidentiā ꝓmissiōis ostēdit: quia firmissime cōstat dici: qδ repetita noscitur professiōe solidari. Sꝫ qδ ille vere de se ꝓmittit: nos bñdicimus si nobis peccata relaxari ipius mūere cōfidam⁹. Seqtur. Cātabo ⁊ psalmū dicā dño. Merito ille de se talia dicebat cui⁹ ⁊ sermo ⁊ act⁹ diuinis regulis cōsonabat. In illo siqdem psalterio nō erat chorda min⁹: nec vox ei⁹ aliqͣ maloꝝ actuū raucedine perstrepebat: sed iocūda exultatiōe cum spirituali cantico iūgebat᷑ ⁊ opera: eratqꝫ illud dulcisonū reuera psalteriū: qδ sanctis modulatiōibus cōsonaret.

†Exurge gloria mea: exurge psalteriū ⁊ cithara: exurgam diluculo. Postꝙ̄ se domin⁹ christ⁹ sm carnē pñ cātare dixit ⁊ psallere: nūc ait: Exurge gloria mea: que per psalteriū indicat᷑ et citharā. Psalteriū ad moꝝ pertinet ꝓbitatem. Cithara ad afflictionē corporis ⁊ dolorem: per hoc ostendens ⁊ actus laudabiles ⁊ gloriosissimā passionē. Addidit: Exurgā diluculo. Pulcherrim⁹ seqt᷑ ordo dictoꝝ. Nam post significationē passionis: ē necessarie de resurrectiōe dñi ꝓbat᷑ intelligi: quia tali tempe: euāgelio teste: surrexit a mortuis. Quod si hoc ⁊ de membris ei⁹ velis accipe: etiā de quolibet fideli cōgruenter aduertit᷑: quia diluculo semper exurgit: qui pijs operibus in ecclia dñm laudaturus assistit. Nā licet ꝓfunda nocte vigilet: nescit tenebras pati qui tāto radiatur splendore preconij. Confitebor tibi in populis domie: †psalmū dicam tibi †inter gentes. His dictis vniuersalis significat᷑ ecclia: quia sicut sepe dictū ē: primū multi de iudeo populo crediderūt: postea intromissa est gētiū plenitudo. Et vide quēadmodū singulas causas: cōgruentia verba distinguāt. Cōfiteri se dicit in populo iudeorum: vbi ꝓpria voce locutus est. Psallere autē in gētib⁹: ad quas directa apli mādata ei⁹ sanctis ꝑdicatōibus impleuerūt: se dicēs reuera psallere: qδ p ministros suos cognoscit᷑ effecisse. †Quoniam magnificata est vsqꝫ ad celos misericordia tua: ⁊ vsqꝫ ad nubes veritas tua. Hoc quoqꝫ dicit᷑ pñ. Magnificata est eñ misericordia ei⁹ vsqꝫ ad celos: quādo supne ptātes eius beneficijs p fruuntur. Nā licet bonoꝝ angeloꝝ ⁊ diuersarū ptātum: sūma dignitas habeat᷑: ipso tñ ꝑstante beati sunt. Magnificata est aūt

vsq; ad nubes veritas eius: quādo predicatores verbi: velut imbriferę nubes infideles ppl'os cōpluerūt. **Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua.** Hoc extolit qđ superi⁹ dixit: quoniā pmisit magnificatā esse vsq; ad celos misericordiam dñi: secutū est: Exaltare sup celos de⁹: vt cui⁹ misericordiā manifestū ē celestia cōtinere: iuste sup celos debeat exaltari. Et iterū qr dixit: Usq; ad nubes veritas tua: merito subiūctū est: Et super omnē terrā gloria tua. Ipsa em̄ se euidēter exponūt: que alterutra declaratōne pandūtur. **Ut liberent dilecti tui. Saluum fac dextera tua et exaudi me.** Uenit ad secundā narrationē: quā dixim⁹ quinquagesiminoni psalmi: esse vltimā partem. Uñ merito hic facta diuisio est: vbi ps alteri⁹ psalmi noscit esse cōiūcta. Et vt euidēter intelligas passionē dñi ad vtilitatez fidelis ipsi fuisse collatā: saluū se fieri deprecat: vt credentiū turba liberet. Qđ tempe resurrectiōis euenisse nō dubiū est: quando apostoli vel om̄es credētes deitatē domini saluatoris tali manifestatione senserunt. **Deus locut⁹ est in sancto suo. †Letabor et diuidam sicimā: et cōuallem tabernaculorū †metibor.**

Per hunc et alios tres versus qui sequunt: mixta grecis latinisq; sermonib⁹: figurā faciūt Sardismos: q fit diuersarū cōmixtiōe linguarū: sicut iam in qnquagesimonono psalmo dixim⁹. Nūc ad exponenda verba redeam⁹. Cum dicit: In sctō suo deū locutū: se significat euidēter. Et itellige quam vim habeat: in sancto suo. Nō enim dixit: p sanctū suū: sicut per pphetas: p apostolos aliosq; qui dño placuerūt. Sed hic dicit: in sctō suo: vt verbū caro factū vna volūtate cum patre loqueret. Sequr. Letabor et diuidā sicimā. Significatiōes omnium istorū nominū sollicite debem⁹ exqrere: qm̄ occultarū rerū reuelare nobis pbantur arcana. Sicima: interpretant humeri. Humeri aūt: significant opa quibus annitentib⁹ atq; gubernātib⁹ solemus aliquid manib⁹ opari. Sensus ergo talis est: Post resurrectionē suā letaturū se dicit: quoniaz opam: id est: gratiā suā aplis et fidelib⁹ diuisit: q passiōis ipsius et pdicacōnis gloriā

Rp

sunt secuti. Addidit: Et cōuallē tabernaculorū metibor. Cōuallē: significat humilitatē. Tabnaculorū: ecclīarū dic: quarum spēaliter sctissimā cōstat eē vtutē. Hāc g humilitatē metit⁹ ē dñs: qm̄ vnicuiq; fideliū put voluit carismatū dona distribuit: sic dic aplus: Unicuiq; aūt nostrū data est grā fm mensurā donatiōis christi. **Me⁹ est galaad: et me⁹ †manasses: et effraim †fortitudo capitis mei. Iuda rex meus.** Galaad: latina lingua dicit trāsmigratio: q reuera dñi est: qm̄ gētes ipius vocatione cōpūctę: ad eū felicit emigrarūt. Manasses interptat obliuio: q vbo significat ppl's iudeorū: q oblit⁹ bñficia diuia: christū dñm sacrilega psumptōe crucifixit: postea tñ ei⁹ miseratiōe ad ipius religionē culturāq; remeauit. Sic vtrūq; ppl'm: noim istorū cōmemoratiōe suum eē testat. Seqtur. Et effraim fortitudo capitis mei: iuda rex me⁹. Istud de sua passiōe locut⁹ est. Effrē: fructificatio dr. Significat em̄ coronā spineā: quā sup caput impositā i sua passiōe suscepit. Hęc fertilis vltra om̄es fruct⁹ fuit: vt totū mūdū illa hūilitate lucraretur. Iudā vo regē iuste suū dixit: qr de ei⁹ origine carnis ppagatiōe descēdit. **Moab †olla spei mee. In idumeā extendam calciamentū meū: mihi †allophili subditi sūt.** Moab: sicut hieronymo placet: sigficat ex pre: qđ est sine patre. Uñ diabolū vult itelligi q mal' opatōnib⁹ deū nō hz prem: s iustū iudicē. Iste g ollę cōparat q carnes susceptas decoqt et i qndam suauitatē feruido vapore pducit. Sic ille sibi traditos incessabili consūmatione castigat: eosq; nolēs in hūilitatē pfessiōis assidua insecutiōe pducit. Ergo more humanitat': dñs dicit de diaboli psecutione spem sibi esse: qr multi qs ille festinat affligere: cōuersi iuuantur ad dñi beneficia remeare. Seqtur. In idumeā extendā calciamentū meū. Idumea: terrena significat: et sanguinea: q dñs per euāgeliū pdicatiōem possessurū se esse significat. Calciamentū em̄: in qnquagesimonono psalmo: euāgeliū dixim⁹ significari: qđ dñs vsq; ad homines terrenos extendēs: legē suā mūdū vniuersali pdicatōe cōpleuit. Adiecit: Mihi allophili subditi sunt. Allophili: alieni-

gentes interptant. Significat aūt populum christianū: q̄ de diuersis gētibus ipius miseratione collect⁹ est. Subditos eū quod dicit: futuros fideles esse testat. Quis

Al.nō hȝ deducet me i ciuitatē munitā: †aut quis deducet me vsq; in idumeā? A parte hūanitatis aptissima interrogatio pmittit: vt ꝯsequēs respōsio subsequatur. Negat eū hominū se solacijs pduci posse: vbi ipe ad liberandos fideles suos desiderat puenire. Ipsa eū natura h̄ hūiliter di-

Ps.2j cit: q̄ ait: Deus de⁹ meus respice in me: q̄re

Job.j4 me dereliq̄sti. Ipsa q̄ dixit: Qui misit me maior me est. Ad postremū q̄ ait: Pater si

Math.26 fieri pōt trāseat a me calix iste. Ab ipsa eū parte: totum humiliter accipit: vt hō de⁹ perfectissim⁹ sentiatur. Ciuitas munita: forte significat infernū: quā nulla humana vis potuit aperire: nisi q̄ portas ei⁹ cognoscit infregisse. Unde in pcedēti psalmo dictū ē: Quia cōtriuit portas ereas: τ vectes ferreos cōfregit. Urbs ad suscipiendū patēs: ad dimittēdū clausa cōsistens: q̄ tunc munitōnis sue legē perdidit: qn̄ eam gētium redēptor intrauit. Nam portas in ma-

Ps.25 lo τ in bono poni: psalm⁹.xxiij. testat: qui ait: Tollite portas pricipis vestri: τ eleuamini porte eternales. Idumeā: diximus terrena significare: ad q̄ dn̄s post resurrectionē venit: quādo inestimabili glīa patefacta vniuersis gentib⁹ omnipotēs innotuit regnator. Ipso enim modo et ista petit fieri: sicut illa q̄ supius dixit. Nōne tu

Al.exibis deus qui repulisti nos: τ non †egredieris deus in virtutibus nostris. Secuta est illa quā in supiori v̄su suspēderat absoluta cōfessio: quoniā hec q̄ in resurrectōe facta sūt: a sola potuerūt deitate cōpleri. Quis eū claustrū mortis infringeret: quis ianuas munite ciuitatis aperiret: nisi ipe dn̄s christ⁹: qui ꝯtra ordinē humane nature tertia die surrexit a mortuis: τ gloriam sue maiestatis ostēdit? Et intuere subtiliter: quia superiora singulari numero pcurrit: hic autem pluraliter perhibet se repulsum: vt caput cum mēbris suis talia dicere sentiat. Repulisti nos: significat esse dilatum eum: quia τ ipsum ad glorificationem suā cōstat esse dilatū: cum in hac vita moraretur: τ omniū fidelium hodieq; gloria suspēdit: donec ad resurrectionis pmia veniat. Seqtur. Et nō egrediens deus in virtutib⁹ nostris. Temp⁹ illud significat: quādo tentus τ tradit⁹ est a turba iudeorum: quādo flagellis cesus a pside dementiū iudeoꝝ sputa sustinuit. Tunc eū si voluisset diuinitas ista repellere: omis aduersitas cōfracta cecidisset. Sed distulit miraculū sue ptātis ostēdere: vt dispensatū ordinem pficiue passionis impleret. Hoc τ fidelibus vsu puenit: cum ad pbationē suam diuersis cladibus affligant. Da no-

bis auxilium de tribulatiōe: †τ vana salus hominis. Hic cū membris suis domini clamat humanitas: vt de tribulationib⁹ istius mūdi resurrectiōis securitas cōcedatur: quaten⁹ tandem aliquādo tempestas huius seculi ꝯquiescat. Nō eū auxiliū petit de delitijs: sed de tribulatōe: vnde hominib⁹ per diuinā clementiā nouit pcurare remedia. Et ne in potestatib⁹ mūdi spes vlla remaneret: adiecit: Et vana salus homis: quia reuera infirma talis est τ caduca psumptio. In deo faciemus virtutem: τ ipse ad nihilū deducet †tribulātes nos. Hec τ domini saluatoris: τ cūctoꝝ fideliū vox est: quoniam spiritualibus atq; carnalib⁹ inimicis efficaciter diuinis virtutib⁹ obuiat. Audiāt quoq; hūc psalmū: qui carnem domini dicunt τ diuinitatē vni⁹ esse nature: Quos merito celestis orator ambrosius i libro de incarnatione domini increpat dicēs. Que tantū sacrilegiū inferna vomuerūt? Iā tolerabiliores sunt arriani: quoꝝ per istos pfidie ipsi⁹ robur adolescit: vt maiore ꝯtentione asserāt patrē τ filium τ spiritum scm̄ vnius nō esse substātie: qr isti diuinitatem dn̄i τ carnem substātie vni⁹ dicere tēptauerūt: τ cetera q̄ locus ipse noscitur cōtinere mirabilis. Quapropter intelligāt illis se scelestiores potissimū dictos: q̄s a se vniuersalis ecclia reddit extraneos. Non immerito: Nam cū verbū caro factū: christi nomē acceperit: aliudq; sit verbum: aliud caro: in vna natura positus: sicut ipsi volūt: dici christ⁹: nō pōt inueniri nequior pfidia: nisi fallor: cūctis heresib⁹. Nā cum diuerse particulatim tangāt maiestatis iniuriam: hec sola pdolor ausa est psumere: vnde

Al. qui

Al. ... nostros

& ipsum nomē fidei nostrę nitaꝛ funditus
abrogare. Sciendū sane hūc psalmū sextū
esse ex his: quos de duabus naturis locu-
turos eē pdixim⁹. Conclusio psalmi.

q Uā bene sibi copulanꝛ q̄ ad salu-
tem operandā generis humani ab
vno fonte descendūt. Quis enim
nō mireꝛ in superiorib⁹ diuersisq̧ psalmis
dictū: quod hic in tantā cōuenientiā pbaꝛ
esse pductū? Sic & ipse dauid in paralipo-
menon: psalmoꝝ partibus adunatis: hoc
est centesimi quarti & nonagesimiqnti: & cē
tesimi quinti: spiritusancto repletus ante
arcam federis laudes domini magnis ex-
ultationib⁹ personauit: vt tanq̄ ex diuer-
sis aromatibus suaue incensum fieret: qđ
ad cōspectum domini feliciter perueniret.
Sine difficultate quippe ꝯiungiꝛ: quod si-
bi nullaten⁹ repugnare mōstraꝛ. Quapro-
pter & hunc psalmū ex alijs ideo credimus
esse formatū: vt anima esuriēs saporū di-
uersitatibus pasta recreeꝛ. Unde & hodie
q̧ de partib⁹ psalmoꝝ aliq̄d cantorib⁹ cō-
paginare arbitror esse permissum. Nam &
hoc huic loco cōuenire diiudico: quod ope
ratio dominica ex duobus populis vnam
facit ecclesiam.

Explicit expositio in psalmum CVII
Incipit expositio in psalmum CVIII

In finem psalmus dauid.

t Itulus iste psalmi p̄cedentiū ver-
boꝝ expositione iam not⁹ est: & iō
referēdus est ad regem supernum:
quoniā omnes sermones ipius tendūt ad
dominū christū. Ipse enim in hoc psalmo
locuturus est iniq̄tatem iudę vel populi iu
daici: & passionis suę sacramēta predicēs.

p Et totum Diuisio psalmi.
quidē textū: sicut dictū est: loquiꝛ
domin⁹ christus. Prima parte iu-
dęos increpat: qui mala p bonis creatori
suo reddere maluerūt. Secūda: iudę tradi
toris & perfidi populi narraꝛ iniquitas: & q̄
illis erunt p tanta detestatiōe ventura p̄-
dicuntur. Tertia: p̄catur per id quod ho-
mo est: vt liberatus periculo passionis: a-
to resurrectionis gloriam consequatur.

d Eus lau- Expositio psal.
dem meā ne tacueris: q2 os
peccatoris & os dolosi sup
me apertum est. Locuti sunt ad
uersum me: lingua dolosa. Dn̄s sal-
uator petit p id qđ formā serui est dignatus
assumere: vt laudē eius resurrectiōis silēti
nō faciat pr: q̄ sm carnis hūilitatē iudęoꝝ
erat ꝯuitia dura passur⁹. Hoc ē em̄: Laudē
meā ne taceas: id est: ne taceri facias. Est
em̄ decora diuisitas: vt qm̄ inimici menda-
cia loq̄banꝛ: ꝯ eos toto orbe veritatis testi
monia canerenꝛ. Sic em̄ illos p gloriā suę
resurrectionis cōuinci desiderat: vt reatuꝫ
pprię puersitatis agnscant: & celeri⁹ recurrāt
ad remedia cōfessionis: ne in ęternū perire
debeāt ꝯtumaces. Quę figura dr̄ Syncri- Sche
sis: id est: collatio: q̄ fit qn̄ cōparatōe qua-
dā iustiorē causam nrām q̄ꝫ aduersarij de-
mōstram⁹. Sꝫ ista laus certa erat: q2 de ve
ritate manabat. Sermo aūt ille falsissim⁹
cognoscebaꝛ esse: q̄ de ore dolosi & pfidi p-
babaꝛ exire. Nā queādmodū pt dici veꝝ:
qđ ipi veritati doceꝛ aduersū? Apertū itaq̧
os: ꝯtumelias desig̃t q̄s ptulit a iudeis. Sꝫ
hic singularē numeꝝ ideo ponit: q2 sicr̄ sepe
dictū est: ipsm̄ vtroq̧ mō appellari fas est.
Nā licet noīe vn⁹ audiaꝛ: intellectu tm̄ plu
rimi eē noscūtur. Seq̄tur. Locuti sunt ad-
uersum me lingua dolosa. Locuti sunt igi-
tur lingua dolosa: qn̄ sctām dn̄i simplicita
tē: vbis captiosissimis appetebāt dicētes:
Licet tributum dare cesari? Et illud: Mgr̄ Matth.22
scim⁹ q2 verax es. Hęc em̄ vba subdola co Ibidē
gitatiōe pferebāt. Et sermonib⁹ odij
circūdederūt me: & expugnauerūt
me gratis. Dicēdo: Sermonib⁹ odij cir-
cūdederūt me: tps illud significat qn̄ iniq̄
ꝯspiratiōe pilato dixerūt: Crucifige cruci- Luc.23
fige. Nā sermones vtiq̧ odioꝝ nō veritatis
fuerūt: q̄ mortē imaculati expetē videbāꝛ.
Circūdederūt aūt: insanā significat multi-
tudinē: q̄ q̄quersum: vba neq̄ssima psona-
bat. Expugnerūt aūt g̃tis: qn̄ an p̄sidē in-
nocētis sanguinē falsis accusatiōib⁹ ipete-
bāt. Gratis vo dixit: q2 factū eoꝝ nullū il-
lis potuit afferre cōpēdiū: s̄ magis detesta-
bilē pullulauit interitū. Nā sicut iusti g̃tis
Joh. 10 ret potestatē: sicut ipse dicit: ponēdi animā suā ⁊ iterū sumēdi eam: tamē ad informationē nostrā: reuerentiā dilecti ac bene complaciti filii tenēs: honorē paterne maiestati cōgruenter exhibuit. Dicit em̄ in euāge-
Joh. 17 lio: Pater clarifica me. Clamat etiā de cru-
Math. 27 ce: Deus deus me⁹ respice in me: quare me dereliq̄sti: vt humilitatē carnis euidenter ostēderet: quaten⁹ manichei nefanda dogmata cōfutaret. Orat ergo vt a ꝑsequentibus iudeis diuina virtute liberet: q̄ vsq̄ adeo corporaliter facti fuerant fortiores: vt ⁊ manus iniicerent: ⁊ de ei⁹ morte gauderent. Sed hec oīa: miserrimi hominū temptauerunt: quia in eo nō intuebantur diuinitatis virtutē: sed speciem corporalē:
De quibus dicit ap̄lus: Si enim cognouis- i. Cor. 2
sent: nunq̄ dominū maiestatis crucifixissent. **Educ de carcere animā me-** Al. ne sola
am: ad confitendū nomini tuo. Hic carcerē duplici modo maiores intelligere voluerūt: Aut seculi isti⁹ penales angustias: q̄s patimur in isto corpe cōstituti: Aut magis custodias inferni: quas euadere nō licet lege humanitatis infirme. Sed meli⁹ si hoc loco referat ad inferos: ꝓpter resurrectionis spem: quā frequēti supplicatione ꝓuenire depcatur: sicut in alio psalmo pe-
tit: Non vrgeat sup me pute⁹ os suū. Car- Ps. 68
cer em̄ dict⁹ est quasi arcer: quod a se arce- :ET
at exire cōclusos. Sed cur se de isto carcere liberare desideret: causa subseq̄tur: Ad cōfitendū nomini tuo. Tunc em̄ a cūctis fidelibus patri confessio laudis exhibita est: quādo eū resurrectionis miraculo: de inferni carcere ꝯstat eductū. Nam ⁊ ipm: Educ: significat a pte q̄ mortu⁹ est: de imis penetralibus ad supna trāslatum. **Me expectant iusti: donec retribuas mihi.** Ista est illa q̄ ꝓmissa est de dn̄i resurrectione cōfessio. Nam dū omēs ap̄li christi fuissent morte cōfusi: expectabāt vtiq̄ donec gloriam ꝓmisse resurrectiōis agnoscerent: ⁊ oīm se trepidantiū corda firmarent. Sed intuere: quod dictū est: Donec retribuas: quia resurgentis gloria retributio fuit: vtiq̄ beatissime passionis. De qua retributi-
one dicit apostolus: Propter hoc exalta- Phil. 2
uit illum deus: ⁊ donauit ei nomen quod est sup omne nomen: vt in nomie iesu omne genu flectat: celestium: terrestriū ⁊ infernorum: ⁊ omnis lingua confiteatur quia dn̄s iesus in gloria est dei patris. Nā quod ait: Donec: triduani dici tp̄s ostendit: quādo iustorum deuotio eius resurrectōe letata est. Quod certe singulariter a parte humanitatis assumpte ꝯstat christo dn̄o ꝯtributū: cuius resurrectio iustorū corda firmauit. Nūc ꝯsiderem⁹ dn̄i nr̄i si possim⁹ aliq̄ speculatōe clemētiā: q̄ nos ⁊ ab hoste redemit: ⁊ ne iterum captiuemur docere nō desinit. Ecce regulā suā: q̄tidie nr̄am facit ēē medicinā: qm̄ se ꝓpterea humiliare dignat⁹ ē: ne diabolicus ille supbie spūs vllaten⁹ appetat. Illic enim ruina: hic semp ascensus est. Inde

mori ꝑuenit: hinc eterna vita succedit. Rogemus ꝗ omnipotētē filiū: vt q̃ orādi salutare ꝯstituit exemplū: donet nobis ꝓpitius sanctissime hui⁹ imitationis effectū.

f Initus est quidē ordo psalmoꝝ qui orationis titulo ꝯnotant: nūc oportet in coꝝ termino aliq̄ sub breuitate cōplecti: quaten⁹ p̄stāte dño salutaris incitemur ad nostrū festinare remediū. Imp̄mis agētes illa q̄ iussa sunt: ⁊ labia nostra crucis impressione signātes dño supplicemus: vt os nostrū abluat humana fece pollutū. Dicit em̄ Esaias:
Esa.6 Immūda ego labia habeo: ⁊ in medio ꝑpli imūda labia habētis habito. Deinde orādū est verbis: nō q̄ hūana desideria subministrāt: sed q̄ ipsa diuinitas ad remediū nostre prauitatis idulsit. Oratio vero ipsa ex hūili: ex māsueto: ex sincero debet corde ꝓcedere: petā sua sine excusatione ꝯfitens: ⁊ inter amaras lachrymas de dulcissima dñi miseratiōe cōfidens. Terrena nō expetat: sed celestia cōcupiscat. Sit segregata desiderio corporeo: ⁊ tm̄ iuncta diuino. Sit tota deniq̧ spūalis: habēs solas lachrymas carnis. Nā quē oras ꝯtemplatione mētis: quantū fas est appete ꝯtueri: ⁊ agnoscis q̄lis an̄ ipsū debeas ꝓstrat⁹ offerri. Ille enim
Timoth.6 est: sicut dicit aplus: beat⁹ ⁊ solus potens rex regum: ⁊ dñs dñantiū: qui solus habet imortalitatē: ⁊ lucē habitat inaccessibilē: quē nemo hoim vidit: sed nec videre pōt. Quapropter ad talē tm̄q̧ dñm cū omni timore vel dilectione debem⁹ accedere: ⁊ ita in eū dirigere mētis intuitū: vt q̄cquid pōt splendoris/claritatis/fulgoris/ maiestatis mens hūana cōcipere: sup hec oia cognoscas esse deū: qui oēs creaturas suas incōparabili bonitate dispēsat. Nec falsa ꝓsūptione nobis aliq̄d imaginemus: qm̄ arcana substātia dei q̄ fecit oia sicuti est: creaturarū scientia nō pōt cōprehendi. Nulla em̄ forma in deo: nulla circūscriptio est. Natura inestimabilis: virtus incōprehēsibilis: pietas singularis. De quo nimis cōgrue ꝓnunciatū est: Deus pōt dici qđ nō est: non potest cōprehendi qđ est. Ad hunc igit̄ omnipotentē: sine initio: sine fine: qui vniuersas mūdi partes omnēq̧ creaturam suam commeat atq̧ replet: sic tamē vt in seipso vbiq̧ sit totus: malos nō ꝓsentia sed gratie sue virtute derelinquēs. Quod pat̄ augustin⁹ ad dardanū scribens/latius explicauit. Salutariter nos admonet festinare sermo ꝓphetic⁹ dicens: Venite adoremus
⁊ ꝓcidamus corā dño: ploremus ante dominū. Et ne dino fluctuātes ac trepidi linqueremur: addidit: Qui fecit nos: vt cum nos ab ipso creatos esse cognoscamus: factorē nostrū fiducialiter exorem⁹. Tunc qđ a nobis hūiliter in diuina laude dicendū est: in ipa pene oratione sentit̄ cū a dño clementer audimur: si nobis tm̄ expediat obtinere qđ petimus. Nullus em̄ ingratus a superna donatione repellit̄: cui petere simplici ac deuota mēte cōceditur. Tantū se em̄ aliquis impetrasse veniā sentit: quantū pias lachrymas fudisse cognoscit. Est ⁊ aliud nostre ꝯpunctionis indiciū: vt quāto quis se plus amare ⁊ timere cognouerit deū: tāto necesse est vt illi diuinū ꝓpinquet auxiliū. Sic beneficio dñi ois diabolica fraus vincit̄: sic ipso miserāte peccata superant̄. Dicta sunt quidē de oratione: quātū ⁊ mediocritas ingenij: ⁊ loci qualitas postulauit. Si quis vero d̄ hac re plenissima cupit vbertate satiari: legat facūdissimū cassianū: qui in nona ⁊ decima collationib⁹: tanta ⁊ talia de orationū generib⁹ disputauit: vt euidenter p ipsum spiritussanct⁹ locut⁹ fuisse videatur.
Ps.94

Explicit expositio in psalmū. CXLI

Incipit expositio in psalmū. CXLII

Psalmus quando filius dauid ipsum ꝑsequebatur.

b Istoria hec: regū quidē lectiōe notissima est. Nā filius dauid abessalon regno fugatū patrē suū: impie cognoscitur ꝑsecut⁹. Que similitudo: sicut quidā voluit: ad omnē porrigit̄ christianū: qui peccatis seuiētibus tanq̄ a filijs ꝓprijs in mūdi istius acerbitate vexatur. Sz cōtra hec penitudo remedialis opponit̄: quā hic psalmus cōtinere monstrat̄. Memēto tamē qđ hec historia: ⁊ in tertio psalmo iā posita est: sed ibi abessalon ꝓpterea noīatus est: qm̄ exemplū eius ad solū iudā voluit ꝑtinere: hic vero nomē ipsi⁹ positū nō est: vt sicut iam ꝓlocuti sumus: ad vitia sua estimaret dictū vnusquisq̧ fideliū.

Uāuis ꝓphe- Diuisio psalmi.

q ta plurimoꝝ penitentiū meditati-
one fuerit exercitatus: tñ quātū fu
turis laudib⁹ reddebat̃ vicinus: tāto com-
punctōe cordis ad penitētię lauacra cōuer
titur: vt salutari suffugio cōpetēter ablut⁹:
cōspectib⁹ dñi mūdissim⁹ appareret. Meri-
to ne illā sententiā cōfusionis audiret: Pec-
Ps. 49 catori aūt dixit de⁹: Quare tu enarras iu-
sticias meas? Prima itaq̧ deꝑcatōe rogat
dñm christū: ne cū seruo suo velit intrare in
iudiciū: sed ꝑturbatiōi suę misericordiā ip-
sius supplicat subuenire. Scđa: velociter ꝑ-
uenire se petit ad veniā: vt deductus in vi-
am veritatis: ab inimicoꝝ liberet̃ insidijs.

D omine exau Expositio.
d di orationē meā auribus ꝑ
cipe† deprecationē meam: in
Al. obsecra-tionem veritate tua exaudi me in tua iusti-
cia. Nisi al'n⁹ ꝑscrutemur: comata versus
isti⁹ sibi videnť esse cōtraria. Nā cū primū
ꝓpheta petat hūiliter admitti orationē su
am: postea se exaudiri in ei⁹ iusticia depre-
cat̃. Sed totū ad lachrymabilē ꝯfessionem
ꝑtinere non dubiū est: maxime cū hic psal-
mus ad humilitatē penitentiū ꝓbet̃ apta-
tus. Ueritas em̄ ꝛ iusticia ipsi⁹ est: ne cū ro
gante disceptet: ne ad iudiciū illū trahat
qui se hic ꝑus ipse cōdemnat. Suꝑbos em̄
dñs ad examē adducit: qui se bona putant
habere negocia: ꝛ sol⁹ ille iudiciū ꝓbat̃ eua
dere qui recurrit ad preces. Nō em̄ diuina
maiestas austera ꝑtāte seuera est: vt illos
velit affligere: qui se hic peccatoꝝ suoꝝ re-
cordatione discrutiāt. Nā vide quid sequi
tur. Et nō intres in iudiciū cū ser-
Al. quia uo tuo: † quoniā nō iustificabit̃ in
cōspectu tuo omnis viuēs. Apertuꝫ
est qua voluntate iusticiā dñi petebat: qui
nunc dicit: Nō intres in iudiciū cum seruo
tuo. Nā si iusticia iudiciū significasset: hoc
petere nō poterat qđ pauebat. Nec moue-
at quod iudici' dicit̃: Nō intres in iudiciuꝫ
cū seruo tuo. Ipse em̄ hanc formā locutio-
Esa. 5 nis ostēdit dicēdo: Iudicate inter me ꝛ vi-
neā meā. Sequit̃. Quia nō iustificabit̃ in
cōspectu tuo omnis viuēs. Causa reddita
est: quare noluerit ad iudiciū venire cū do-
mino: vt nō sola ꝑtātis reuerentia: sed etiā
ipsa videat̃ iusticię regula formidata. Sic
em̄ scriptū est: Cōclusit de⁹ omnia in incre- Ro. ij
dulitate vt omnib⁹ misereat̃. Sed cū dicit̃:
Omnis viuēs: hominē significat generalē:
vbi ꝛ infantū vita concludit̃: qui originali
pctō nisi aqua regenerationis abluant̃ ob
noxij sunt. Uñ ꝛ iob veracissime dicit: Ne- Iob. iij
mo mūdus ante te: nec infans cui⁹ est vni⁹
diei vita sup terrā. Et i q̇nquagesimo psal-
mo iā dictū est: Ecce em̄ in iniquitatib⁹ cō- Ps. 50
ceptus sum: ꝛ in delictis peperit me mater
mea. Cui⁹ em̄ erat tanta iusticia: vt nō aliq̇
tēpore/aliqua ętate peccauerit: q̇ ꝛ ꝑ tradu
cē delicti tenemur obnoxij: et quotidianis
lapsib⁹ addimus: vt nūq̄ ꝑ nos nisi ꝑ diui-
nā gratiā liberi esse possum⁹? Quapropter
desinat heresis pelagiana desipe: quę tam
multis scripturę diuinę sentētijs priusq̄ in-
ciperet ante dānata est. Quia ꝑsecu-
tus est inimicus animā meā: hūili-
auit in terra vitā meā. Quis titulus
de Abessalon dicere videat̃: tñ bene inimi-
cus impsonaliter ponit̃: vt hoc ꝛ de diabo-
lo sentiamus. Humiliat̃ aūt in terra: cuius
carnalib⁹ actionib⁹ vita polluit̃: nō illa hu
militate ꝓbabili: sed in declinatione vitio
sa. Quod merito ꝓpter afflictionē specia-
liter exprimēdā penitēs ait: qui in alio psal
mo dixit: Quia cinerē sicut panē mandu- Ps. 101
cabam: ꝛ potū meū cum fletu tēperabam.
Collocauit me in obscuris sicut
mortuos seculi: ꝛ anxiat⁹ est† in me Al. super
spiritus me⁹: in me turbatū est cor
meū. Memor fui dieꝝ antiquo-
ruꝫ. Collocauit: deputauit significat: mo-
re furentiū inimicorū: qui sic hoiem cōtem
nūt odiosū: quasi iam iudicēt ꝛ sepultum.
In obscuris em̄ reuera collocat⁹ est: q̇ post
regni culmina ꝑsecutionis patiebat̃ iniuri-
am. Et sicut mortu⁹ sęcli habit⁹ est: in quo
nec ꝓphetalis: nec regni reuerētia: nec ipe
quoq̧ patern⁹ cōsiderabat̃ affectus. Mor-
tui em̄ seculi sunt: qui in peccatis suis defe
cisse noscunt̃. Et ideo vir tot honorū iuste
se deflet sic fuisse despectū: vt crederet̃ nul
latenus vindicādus. Sequit̃. Et anxiatus
est in me spiritus me⁹: in me turbatū est cor
meū. Anxius spirit⁹: vicinitatē periculi ꝑ-
dit. Turbatū cor: humanā sapientiā testat̃
esse cōfusam: vt spem suā amplius in dño
reponeret: cū virtū suarū cōfidentiā nō ha-

beret. Addidit: Memor fui dierꝝ antiquo-
rū. Iuste cor eius fuerat cōturbatū: quoni-
am memor erat ingentium peccatorꝝ. Ipsi
sunt em̄ antiqui dies: veteris illiꝰ hominis
antiquitate fuscati. Naꝫ sicut hic nouitas
ꝑdit innocentiā vitę: sic antiquitas scele-
Al. nō hꝫ rata facta testat̄. †Et meditatus suꝫ in
omnibꝰ operibus tuis: ⁊ in factis
Al. meditabar manuū tuaꝝ †meditabor. Ad curā re
dyt salutaris agnitio: quatenus cū diuina
opera recoleret: erūnarū suarum memoriā
nō haberet. Opera em̄ dn̄i dicit: quibꝰ ce-
lum terrāqꝫ mirabili dispositiōe fundauit:
quibus patriarchis bona fecit: quibꝰ po-
pulū p mare trāstulit hebreorꝝ: quę se dicit
frequent̄ iterasse: vt amaritudinē mūdi su-
auitas excluderet lectionis. Quod exem-
plū ꝓ maximo remedio positū debemꝰ ac-
cipere: vt nos quoqꝫ similis possit medici-
na saluare. Expandi manus meas
Al. aīa mea ad te: †animā meaꝫ sicͭ terra sine aq̄
tibi. Licet innumeris locis ꝓphetauerit
dn̄i saluatoris aduentū: hic etiā extēsione
manuū sanctę crucis designauit effigiem.
Nā qui expansis manibꝰ orat: illā crucē re-
demptoris imitat̄: quę licet a pfidis iudeis
ꝓ pena data est: concessa tn̄ est credētibus
Exo. 17 ad salutē. Sic ⁊ moyses qn̄ cū amalechitis
pugnabat effecit: vincebat cū manus expā
deret: pdebat si brachia remisisset. Sequit̄
cōparatio in qua dicit sic animā suā deside
rare deū: quēadmodū solet sicca terra copi
osas pluuias sustinere. Tale ē ⁊ illud qua-
Ps. 41 dragesimipꝛimi psalmi initiū: Sicut ceruus
desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat
anima mea ad te deꝰ. Intuere qꝺ dixit: Ti
bi: nō alteri: ne istud desideriū malis volū
tatibus applicares. Velociter exaudi
me domine: defecit spiritus meus.
Al. Nō †Ne auertas faciē tuam a me: ⁊ si-
milis ero descendentibꝰ in lacum.
Post exordiū decursū: venit ad luctuosissi-
mā narrationē: petēs sibi imbre misericor-
dię celerrime sbuenire: ne spretꝰ a dn̄o redi
geret̄ in puluerē: ⁊ vento supbię dissipatus
a terra ꝓmissionis redderet̄ alienus. Et vt
velociꝰ potuisset audiri: defecisse dicit in se
spiritū suū. Quod p nimias tribulationes
solet cōtingere his qui passionū diuersarū
pondere ꝑgrauant̄: sicut ⁊ in tricesimosep-
timo psalmo idē pęnitēs dicit: Cor meū cō Ps. 37
turbatuꝫ est in me: ⁊ deseruit me fortitudo
mea. Sequit̄. Ne auertas faciē tuā a me et
similis ero descendētibꝰ in lacū. Auerterat
prius faciē suā deus ꝓpter insolentiā pec-
catorū: ꝫ nunc petit vt ad ipsū respiciat: qa
se cōpunctis supplicationibꝰ inclinabat. Cō
uenit em̄ misericordię ipsiꝰ vt hūiles respi-
ciat: qui supborū corda ꝯtemnit. Lacū ve-
ro: inferiorē locū intelligere debemꝰ infer-
ni: vbi impy ęterna pęna mergēdi sūt. His
ergo pares sunt qui diuinā potētiā respue
runt: ⁊ vitiantes illā imaginē in qua creati
sunt: forma diabolicę dānatōis induti sūt.
Bene autē dictū est: Descendētibus: quo-
niam ad ima mergunt̄: qui illuc intrare me-
rebunt̄. Petit ergo ne supbis similis fiat:
qui pctā sua humili satisfactiōe deplorat.
Auditā mihi fac mane misericor-
diam tuā: quia in te speraui. Auditā
misericordiā: clementiā dicit dn̄i toto orbe
notissimā: qua supplicantibus ꝓstat: indul-
get afflictis: ⁊ vt ipse audiat: qꝺ in euāge-
lio dictū est: Fili dimissa sunt tibi peccata. Mar. 2
Mane: tēpus venię designat. Tunc enim
mēti elucescit qn̄ ad eā felici sorte ꝑuenerit.
Nā post noctē peccatorū: merito mane di-
citur: quādo culpa laxat̄. Siue ad resurrec-
tionē ꝑtinet audiendā: qn̄ angelus manę
dixit: Ite dicite discipulis eiꝰ ⁊ petro: quo- Ibidē. 16
niā sicut dixit resurrexit a mortuis. Causa
quoqꝫ sequit̄ quę debeat obtinere qn̄ spes
in illū fuit qui nescit ꝓbabiliter in se deci-
pere cōfidētes. Et intuere: qr ⁊ alias peti-
tiones suas in cōsequētibus tali ratiōe cō-
firmat. Quę figura dicit̄ Etiologia: id est: Sche
causę redditio. Notam fac mihi viā
in qua ambulē: quia ad te †domine Al. nō hꝫ
leuaui animā meam. Cum a deo petit
notā sibi fieri vitę viā: ostendit quoniā hęc
via hominibꝰ habet̄ incognita. Illiꝰ em̄ lu
cerna hoc iter ostendit: illiꝰ lumen semitas
istas aperit: Qui illuminat omnē hominē Ioh. 1
venientē in hunc mūdū: sicut in tricesimo
primo psalmo iam dictū est pęnitēti: Intel Ps. 31
lectū tibi dabo: ⁊ instruā te in via hac qua
ingrediens. Quapropter merito rogat ꝓ-
pheta: vt ei dominꝰ viam salutis ostēdat:
⁊ sic notā semꝑ habeat: ne de eius corde ali
quādo discedat. Subiungit̄ quoqꝫ solēnis

ista cõfessio: qm̃ illud nos postulata mereri
facit: si animã nostrã nõ carnali grauamine
inclinem⁹ ad mundũ: sed spũali iuuamine
leuemus semꝑ ad dñm. **Eripe me de
inimicis meis dñe: ad te confugi.**
Hoc q̄uis ꝓpheta scđm ꝓpositũ titulũ de
inimicis carnalib⁹ dicere videaꝛ: tñ ad de-
mones inimicos debet referri: qui iugiť cir
cundãt fideles: vt eis possint spem diuini-
Eph. 6 tatis auferre: sicut aplus dicit: Non est vo
bis colluctatio adu̾sus carnẽ ꝛ sanguinẽ: ꝫ
aduersus ꝑncipes ꝛ potestates rectores te-
nebrarũ harũ. Dicit em̃: Ad te cõfugi: qđ il
li soli faciũt qui ei⁹ iussionib⁹ obsequunꝛ.
Adã em̃ postq̄ inobediens fuit: dñm refu-
git: ꝛ ideo hic cõtrario mõ religiose mentis
declaraꝛ indiciũ: qm̃ post reatũ peccati nõ
fugisse dñm: sed cõfugisse se dicit ad dñm.
**Doce me facere volũtatẽ tuã: quia
tu es deus me⁹.** Nolebat ꝓrsus errare
qui tãti magistri cupiebat esse discipulus.
Dicit em̃: Doce me: tanq̄ ignarũ: tanq̄ im-
peritũ: tanq̄ nihil de sua virtute ꝑsumẽtẽ.
i. Cor. 8 Quẽ sensũ apl's ponit cũ dicit: Si quis se
existimat scire aliq̄d: necdũ cognouit quẽ-
admodũ eũ oporteat scire. Addidit: Quia
tu es de⁹ meus. Fida petitio: cõpetens ra-
tio: a clemente dño ideo postulare benefici
um: eo qđ ipse sit dñs supplicãtis. **Spi-
ritus tu⁹ bonus deducet me in ter
ram rectã.** Intueamur quid sibi velit qđ
dicit: Spiritus tu⁹ bonus. Designaꝛ eni ꝑ
hoc nomẽ: deũ esse spiritũ sanctũ. Scriptũ
Mar. 10 est em̃: Nemo bonus nisi solus de⁹. Legiꝛ
ꝛ pater bon⁹: vt est illud: Pater bone. Le-
Joh. 10 giꝛ etiã de filio: vt est illud: Ego suz pastor
bonus. Sic ꝑ istã cõmunionẽ noim: sancte
trinitatis eq̄litas semꝑ virtusq̄ declaraꝛ.
Spirit⁹ autẽ bonus deducet nos in terraz
rectã: qm̃ corpus nostꝝ suis regulis subdit:
ꝛ fit illis institutionib⁹ indeuiũ: qđ pecca-
torum fuerat prauitate distortuz. Sed hoc
hũana nõ põt virtute cõpleri. Ipse em̃ nos
recreãdo: saluos efficit rectos: qui est ꝛ cre-
are dignat⁹. Siue terrã rectã: significat fu-
turi seculi: vbi recti ambulabunt: ꝛ cũ dño
magna semꝑ exultatiõe gaudebũt. **Pro-
pter nomẽ tuũ dñe viuificabis me
in equitate tua.** **Educes de tribu
latione animã meã.** Hic gratia demen
tissime diuinitatis ostendiꝛ: que nihil no-
stris meritis reddit: sed totũ indulgẽtie sue
largitate cõcedit. Nã viuificandũ se ꝓphe-
ta non dicit ex ꝓprijs factis: sed ex nomine
dñi christi: cui⁹ est reuera nois saluare fide-
liter postulantes. Sed cũ gratia cõmẽdeꝛ:
ꝛ equitatis ibidẽ mirabiliter momẽta mi-
sceanꝛ. Nã q̄uis oia gratis donet: iusticie ip
sius est supplicãtes viuificare: quos spirit⁹
imundos crudeliter cernit impetere. Seq-
tur. Educes de tribulatione animã meam.
Educunꝛ de tribulatiõe tanq̄ de carcerib⁹
anime sancte: qm̃ cõcessa venia de isto secu-
lo ꝑcipiunꝛ exire. Hic em̃ affligunꝛ deuoti:
cruciantꝛ iusti: sed defect⁹ isti⁹ lucis sanctis
termin⁹ est laborũ. Ideo em̃ clamat apl's: Phil. 1
Cupio dissolui ꝛ esse cũ christo. **Et in mi-
sericordia tua disperdes inimicos
meos. Et ꝑdes omnes qui tribu
lant animã meã: qm̃ seru⁹ tu⁹ ego
sum.** Cõpleta est illi⁹ leticie plenitudo mi-
rabilis. In misericordia em̃ disperdunꝛ ini
mici: qm̃ cõpunctionis studio ab sceleratis
cogitationib⁹ abstrahunꝛ. Qđ ad illos ꝑ-
tinere nõ dubiũ est: qui penas debitas re-
medio supplicatiõis euadũt. Addidit: Et ꝑ-
des oẽs qui tribulãt animã meã: qm̃ seru⁹
tuus ego sum. Hic iã tẽpore iudicij ꝑ iusti-
ciã ꝑdendos dicit esse diabolũ ꝛ oẽs impi-
os qui in sua obstinatiõe moriunꝛ. Quos
ideo dicit tribulasse animã suam: qꝛ ipse in
dei seruitio ꝑmanebat: ꝛ necesse est istos in
iudicio perire: q̄ tales animos ꝓbanꝛ assu-
mere: vt inocẽtes viros ideo ꝑsequanꝛ: qꝛ
dei famulos esse cognoscũt. Ecce regula il-
la penitẽtis impleta est: vt post afflictiões
erũnasq̄ cruciabiles exultatiõe ꝯclusa sit.

Cõclusio.

f Inita est quidẽ af-
flictio supplicantiũ: ꝛ feliciũ cursus
ille lachrymarũ. Sed diligẽtius ꝑ-
scrutandũ est: q̄d sibi velit penitẽtiũ istorũ
septima deꝑcatio. Inchoauit em̃ a psalmo
sexto: venit ad tricesimũ ꝑmũ: deide ad tri-
cesimũ sepnmũ: inde ad q̄nquagesimũ: in-
de ad cẽtesimũ ꝑmũ: deinde ad cẽtesimũ vi
cesimũ nonũ: ad postremũ ad ꝑsentẽ cente-
simũ quadragesimũ secũdũ. Forte vt sicut
i hac hebdomada peccam⁹: quã mũdi isti⁹

tēporis ducꝰ excurrit: ita ⁊ in eodē numero remedialꝫ penitētie munere saluaremur. Illud aūt: sicē sepe monuimꝰ: magnopere contuendū est: qꝛ psalmi ipsi ab afflictionibus inchoant: ⁊ in gaudijs desinūt: ne quis de venia desperaret: quā in ipsis ꝑcibus positā eē cognosceret. Oratores sanctissimi: celestes patroni: qui peccatoꝝ nexibꝰ implicatis salutis iter aperiūt. Sed cū isti singillatim delicta nostra nos deflere cōmoneāt: ⁊ ad spem gaudiorum dñi ꝓmissione ꝑducant: extat tñ ⁊ illud niniuitarū efficacissimū supplicationis exemplū: vbi cūcta etas ingemuit: vbi sensit pecꝰ omne ieiuniū: et tātū valuit afflictio generalis: vt veritatē potuisset ꝓphetici supare sermonis. Facti sunt eñ de formidantibꝰ securi: de tristibꝰ leti: ⁊ vite sunt redditi qui ꝓbabanꝫ morte damnati. Quapropꝫ desideremꝰ penitentiā humani generis salutare remediū: flentiū cōsolationē: semen felicium gaudiorū: que ⁊ singulis quibusqꝫ spem certissimā tribuit: ⁊ supne gratie donum supplicantibus in cōmune concedit.

Explicit expositio in psalmū. CXLII
Incipit expositio in psalmū. CXLIII

Dauid ad goliam.

c Um historia ꝑsentis tituli: primis ꝓphete tēporibus: id est: ante regnū eius fuerit pacta: tñ ꝓ magnitudine sacramēti sui: locis emeritis vocaꝫ ad mediū: vt totū in psalmis mystice ⁊ dictuꝫ ⁊ positū esse cognosceres: qđ expssius in cōclusione dicimus. Illud tñ meminisse nos cōuenit: bellū istud dauiticū: ad designandū certamē dñi christi fuisse ꝑmissum: vt sicut iste goliā saxei teli dimicatione ꝓstrauit: ita ꝑ petrā quod est dñs christus fortitudo diabolica vincereꝫ. Vñ ⁊ in hoc psalmo similitudines iste seruate sunt. Nō eñ hic sola victoria illa describiꝫ: que regū volumine cōtineꝫ: aut ꝓ ipsa tantū gratie referunꝫ: sed multa sunt itaqꝫ que certamini cōueniāt dñi christi: qđ suis locis cōgruenter exponimꝰ. Quapropꝫ sciamꝰ hūc psalmū quartū esse eorū: qui ꝑ actus dauid significant dñi futura mysteria: vt euangelici calculi honore sacrati: ꝑ totū mundū reuerendi atqꝫ mirabiles redderentur.

p Ost interfectionē goliē: quā mystica diximus operatione cōpletā: In prima parte ꝓpheta dño gratias agit: pacti belli discrimine se fuisse liberatū: deprecaꝫ vt cito dñi declaretur aduētus: ꝑ quē diabolus vicꝰ est: et quasi spūalis belli: qđ golias figuraliꝫ gessit: est secuta ꝑfectio. Tunc eñ fideles sunt a magno discrimine liberati. Secunda: in nouo ⁊ vetere testamēto ꝓpha dño se psallere cōpromittit: liberatꝰ a pessimis inimicis: qui beatitudinē suā in seculi istiꝰ felicitate posuerūt. Beatos autē illos tñ definiens: quoꝝ est dominus deus eorum. **Diuisio.**

b **Enedictus dominus deꝰ meus qui docet manus meas ad ꝑliū: ⁊ digitos meos ad bellum.** **Expositio.** Victor hostis sęuissimi: ⁊ supator immaniū vitiorū: post triumphū patratū: qñ maxime insolens peccat hūanitas: nulla se ꝓprie ꝑsumptionis elatiōe iactauit: sed dñi virtutibꝰ totū applicans: laudes eiꝰ deuota exultatione cōcelebrat. Nā que sit causa benedictionis: adiecit: Qui docet manꝰ meas ad ꝑliū. Docuit manꝰ eius ad ꝑliū: qñ sic oportune oīa fecit vt desiderate victorie cōsequereꝫ effectus. Nō eñ exercitio armorū: aut aliqua ꝑlusione cōstat imbutū: sed hosti suo subito apparuit egregius: qui etiā in domo patris sui pridē videbaꝫ esse despectus. Sequiꝫ. Et digitos meos ad bellum. Sicut supius manꝰ operationē: ita ⁊ hic digitos salutaria cōsilia possumus fortassis aduertere: ꝗ de corde nostro velut quidā radij ꝓsiliunt: dū aliqua subtilitate causas necessarias obtinere cōtendunt. Est eñ istud nomē multarū significationū: sed ꝓ locorū diuersitate accipiendū esse cognoscaꝫ: vt est illud salomonis: Qui appēdit tribus digitis molē terre: quod ad sanctā trinitatē nōnulli estimant esse referendū. Et in exodo: Hic digitus dei est: quē spiritūsanctū patres intelligere voluerūt. Itē ibi: Accepit autē moyses duas tabulas scriptas digito dei. ⁊ cetera que in hunc modū reperies esse variata. Siue idem significat: Digitos meos ad bellū: quod: Manꝰ meas ad ꝑliū. Que figura diciꝫ Epimone: latine repetitio cre- Sche

Exo. 8
Ibidē. 31

bra sententię. Quod ⁊ nos quoq; bene dici-
mus: cū hostis antiquꝰ crucis signo destru
itur: ⁊ petrę soliditate quassat. **Miseri
cordia mea ⁊ refugium meū: susce-
ptor meus ⁊ liberator meꝰ. Pro**
Al' speraui q̄ s... pplm meū **tector meus ⁊ in ipso speravo: sub
ijciēs populos sub me.** Nomina ista de
beneficijs collatis sine dubitatione vene-
runt: vt q; multiplices causas in vno psal-
mo retexere plixū fuit: breuitatis cōpēdio
Sche ꝓderentur. Quę figura dicit hypozeuxis:
quādo diuersa verba causis singulis apta
redduntur. Misericordiā quippe cū ipso fecit
dn̄s: quādo eū de fratribꝰ suis vltimū p sa-
muelē ꝓphetā ad regale culmē elegit. Re-
fugiū: quādo cōtra tā immanissimū hostē
cōsiliū dedit: vt eū petra deijceret: cū quo
nō poterat armorū pōdere dimicare. Sus-
ceptor fuit: quādo eū fecit in generū a sau-
le suscipi: vt suo dn̄o iungeret: qui prius fue
rat seruientiū cōditione subiectꝰ. Libera-
tor fuit: dū eū a periculo regię indignatio-
nis eripuit. Protector: quādo in spelūca la
tens: in saulē regē ius vltiōis accepit. Vn-
de singulis nominibꝰ decēter expressū est:
qḋ ei fuerat domini largitate cōcessum. Et
vide quid sequit. Et in ipso sperabo. Post
tāta beneficia vir sanctꝰ sciuit a tali spe nō
esse cessandū: sed quāto plus ab eo accepe-
rat: tāto magis amplius expetebat. Addi-
dit: Subijciēs populos sub me. Siue hoc
de futuro dic: q; populis imperaturꝰ erat:
siue magis populos sibi memorat esse sub-
dēdos: quos in spiritu videbat semini suo:
id est: christo dn̄o subiugādos: sicut in scḋo
Ps̄.2 psalmo ait: Postula a me ⁊ dabo tibi gen-
tes hereditatē tuā. **Domine quid est**
Al'. quia **homo quod innotuisti ei: aut filiꝰ**
Al'. quia **hominis quoniā reputas eum?** Au
diamus regē plus suis motibꝰ imperantē:
vt post tot insignia virtutū tāta gratia do-
mini ꝓtectus: nō solū se fateat exiguū: sed
etiā humanū genus diuinis beneficijs p se
demōstret indignū. Annullat eñ cū dicit:
Quid est homo: quasi puluis qui vēto flā
te transfertur: quasi limꝰ in terrā liquidā reso
lutꝰ: qui habere nō potest firmitatē. Qua-
propter: Quid est homo? sub interrogatio-
ne ⁊ despectu ꝓnunciandū est. Huic infert

laudatiua responsio: Quod innotuisti ei.
Quale est eñ vt ille cęli terręq; fabricator
p assumpti corporis veritatē: vsq; ad homi
nū dignatꝰ fuerit venire noticiā: ⁊ rectis fi-
dei innotuerit inestimabile deitatis arca-
nū? Quę figura dicit Erotesis: id est: oppo- Sche
sita a cōtrario interrogatio. Simili modo
interrogandum est: Aut filius hominis? ⁊
respondeat: Quī reputas eū: vtiq; in omi-
bus tuis: in numero prędestinatorū: in illa
hierusalē beata: vbi semp iusti de dn̄i con-
templatiōe gaudebūt. **Homo vani-
tati similis factus est: dies eiꝰ sicut
vmbra ptereunt.** Exponit definitiue
quod supius breuit dixit: Quid est homo:
id est: vanitati similis factꝰ nō plasmatus.
Adā eñ quādo creatus est: verax: simplex:
purus: immortalis fuit: sed postq; femina
suggerēte peccauit: factꝰ est vanitati simi-
lis: quoniā ⁊ mutabilis ⁊ mortalis effectus
est. Vanū eñ illud dicimus: qḋ de sua sub
stantia cadens in auras tenues euanescit:
vt fumꝰ: vt vmbra. Cuiꝰ rei ipse cōpationē
dedit dicens: Dies eiꝰ sicut vmbra pretere
unt. Merito quādo vmbra videt quidem:
sed firmitatē nō habet pmanēdi. Nam dis-
cedente corpore p quod fit: ipsa quoq; eua
nescit ac dispent. Talis ergo est post pecca
tū adę hominū vita: nisi beneficio domini
fuerit cōfessiōe reparata. **Domine in-
clina celos tuos ⁊ descende: tange
montes ⁊ fumigabūt.** Erupit in aper
tam ꝓphetiā de domino christo: illā sentē-
tiā paulo latiꝰ aperiēs quā superiꝰ breuiter
dixit: id est: Quod innotuisti ei. Tūc vtiq;
aspectu innotuit homini: quādo in hūilita
te sanctę incarnatiōis apparuit: q; cū in for-
ma dei maneret: esset q; deo patri coęternꝰ
atq; ęqualis: exinaniuit seipsum formā ser Phil.2
ui accipiēs. Vnde merito dicit: Inclina cę
los ⁊ descende: quoniā ista fieri nisi incli-
nata diuina potestate nō poterant. Incli-
natio eñ cęlorū fuit: quādo ad hominē li-
berandū honor supernorū virtusq; descen-
dit. Montes hic: superbos homines debe
mus accipere: ⁊ diabolica iniquitate pretu
midos: quos dominꝰ tetigit: quādo eis cō
punctionē pię conuersionis attribuit. Fu-
migauerūt autē: quando crebris suspirijs

cõtinuisq; gemitibus: sua peccata plorauerunt. Crassus enĩ fumus ore vomitur: cum se in planctũ vitalem mortalis corporis cõ-
Al. Fulgura coruscationẽ pago cõmouerit. †Corusca coruscationes tuas et dissipabis eos: emitte sagittas tuas et cõturbabis eos. Ecce iam christi dicitur bellum: et quẽadmodum diabolica turba fuerit fugata narratur. Sed quãuis coruscationibus et sagittis dicat esse pugnarũ: petra tamẽ hoc fecit qui est dominus christus. Venit a cõtrario in frontẽ diaboli: quoniã semp mandatis eius aduersus est. Cõfracta est frons illa durissima: inuerecũda: importuna: que ante aduentuz domini veritati resistebat inuicta. Hoc reuera christi dicendũ est belluz: quia illud dauid figuratiuũ fuit preliũ: imaginẽ portans istius veritatis implete. Dicit enĩ: Corusca coruscationes tuas et dissipabis
Top. eos. Quod argumentũ dicitur a cõiugatis. Coruscauit enĩ coruscationes suas: quãdo tenebrosis peccatoribus: pphetarũ pdicationibus lumẽ sue veritatis infudit. Dissipauit autẽ: dispersit significat: vt qui ante fuerãt idolorũ culturis dediti: subinde ad ecclesie catholice septa cõfugerent. Sequitur. Emitte sagittas tuas et conturbabis eos. Sagittas: apostolos significat: qui veritate pdicationũ tanq̃ iacula pennata: hominũ pectora trãsfoderunt: sanitatẽ mentiũ sacris vulneribus operantes. Eos autẽ: ad montes referendũ est: quos in versu superiore memorauit. Emitte manum tuam de alto: eripe me et libera me de
Al. et aquis multis: †de manu filiorũ alienorum. Hic ad patrem verba cõuertit. Manũ: dicit dominũ saluatorẽ. Ipse eniz manus est patris: p quem facta cõstat vniuersa. Quẽ venire deprecatur: vt liberari possit genus humanũ. De alto: de potestatis excelso: vbi cũ patre regnat paritate virtutis et vnitate substãtie. Petit ergo de multitudine aquarum ppheta liberari: id est: a populis vndosis: et velut pcella seuissima cõcitatis. Aquas enĩ: populos significare
Esa. 8 notissimum est: sicut esaias dicit: Propter hoc ecce dominus inducet sup vos aquã fluuij validam et multã regẽ assyriorũ. Sed a quo populo se petierit liberari: subiecit dicens: De manu filiorum alienorum: id est: de ptãte eorũ q fidelibus parcere nesciunt: quoniã aduerso patre nascuntur. Sed quãuis hoc historice de allophilis dicere videatur: tamẽ melius intelligitur de his qui diabolo patre generantur. De quibus in euãgelio dictũ est:
Vos a patre diabolo estis. Ipsi sunt eniz Joh. 8
filij alieni: qui ab ecclesia matre catholicorũ habentur extranei. Quorũ os locutum est vanitatẽ: et dextera eorum dextera iniq̃tatis. De ipsis adhuc populis dicit: a quibus se petijt debere liberari: vt quãto illi sunt crudeles et pessimi: tãto iste celerius audiatur. Os eorũ vana loquitur: quoniã a diuinis regulis discrepare psumunt. Vanũ est enĩ omne quod veritati ptrariũ est. Et quãuis dextera frequẽtissime ponatur in bonis: impiorum tamẽ sic iniquã dicit: vt potius sinistra esse videatur. Nã cũ mũdanas res pcipuas atq; appetibiles putant: psпера estimant quecũq; virtuti contraria sunt. Deus canticũ nouũ cã-
tabo tibi: in psalterio †decem chor- Al. decachordo
darũ psallam tibi. Venit ad ordinẽ secundũ: in quo se post liberationẽ spiritualiũ nequiciarũ et imanium populorũ: p nouũ canticũ ppheta gratias agere dño pollicetur: vbi est noui hominis institutio: et legis veteris plenitudo. Nouũ vero canticũ est:
de quo in alio psalmo dictũ est: Cãtate do- Ps. 97
mino canticũ nouũ. Et vt ipsam ostẽderet nouitatẽ: subiecit: Cantate dño omnis terra. Nouũ enĩ merito dicitur: quia dũ nõ sit a iudeis receptus: quibus pmissus fuerat vt veniret: trãsiuit ad gentes. Nouũ est etiã: quod nos corpore et sanguine suo saginare dignatur. Nouũ: quod p aquã regenerationis absoluit. et his similia: que p aduentũ domini noua institutione patuerunt. Sequitur. In psalterio decem chordarũ psallam tibi. Psalteriũ decem chordarum: est decalogus: qui datus est tribubus hebreorum. Et vt ambo testamẽta vnũ habere manifestaret auctorẽ: in vtrisq; se christo domino psallere cõpromisit. Qui das salutẽ
regibus: qui †liberas dauid seruũ Al. redemisti
tuũ de gladio maligno. Reges: homines iustos significat et veraces: qui regunt: vt diximus: adiutorio domini corpo-

ra sua. Istis ergo regibus dominus dat salutem: cum eos a vitiis carnalibus liberos facit: de quib⁹ in sapientia dicitur: Dat regnum regib⁹. Liberas dauid: ad pugnã respicit golie: vt qui liberatus fuerat corporaliter: spiritualiter victor esset immanium quoq; vitiorũ. De gladio maligno: diaboli significat potestatẽ. Quia ꝛ domini gladius legitur. Sed illũ benignũ esse nõ du-
Math. 10 bium est: sicut dicit in euãgelio: Non veni
☧ pacẽ mittere in terrã sed gladiũ. Quapropter malign⁹ est gladius diaboli: quia diuidit a bonis. Benignus est autẽ gladius domini: quoniam separat a malis. Eripe
Al. erue me. Et† libera me †de aquis mul-
Al. nõ hʒ tis: ꝛ de manu filiorum alienorũ. Quorum os locutum est vanitatem: ꝛ dextera eorum dextera iniquitatis. Hunc versum ꝛ in prima parte iam dixit. Quẽ ideo repetit: vt detestabiliores iniquos homies reddat ipsa geminatio. Quorũ filii sicut nouelle plã-
†Al. nõ hʒ tationes: †stabilite† a iuuentute sua.
Al. in Primis versib⁹ de malis disputans impiorum eos detestabiles reddit: nunc etiã bona ipsorum quę videtur accusat: vt vbiq; dedecus habeant: cũ ꝛ ipsa gloria ipsorum abominata respuit. Filios eorũ dicit: qui praui dogmatis ꝑdicatione generant. Isti nouellis plãtationib⁹ exequant: quia nulla a patribus tradita ꝑdicatione viguerũt: sed exquisitis nouellis erroib⁹ pullularũt: male stabiliti pessima radice defigunt. Nõ eñ de ꝓphetis: nõ de apostolis: non de aliqua diuina auctoritate firmati sunt: sed voluntaria puersitate nouitati: a sanctę ecclesię vnitate discreti sunt. Et intuẽdũ est qđ in centesimo vicesimoseptimo psalmo dederit fidelib⁹ hanc similitudinẽ. Sed ibi filios sanctorũ circa mẽsam dicit domini cõstitutos: Hic vero quia cõmunicationẽ nõ habent rectam: altare eis sacratissimũ submouetur. Filie eorum cõposite: circumornate: vt similitudo templi. Cõsideremus q̃ subtiliter ꝛ frequẽter a catholicis segregauit hereticos. In prima cõparatione altare eis abstulit: nunc in secũda filias itroducit: quas in memorato psalmo catholicę nõ dedit ecclesię. Primũ: qđ sexus iste frequẽter variis ac fluxis cogitationibus datur: quia cõstantię nõ habet vires: cũ frequenter in diuersa vota traducitur. Deinde dicit eas nõ naturaliter pulchras: sed hominũ voluntate cõpositas. Tertio: cogitationes vel ꝑdicationes eorum quas feminis cõparauerat: non dicit habere verã ecclesiã: sed similitudinẽ templi. Similitudo quippe nõ habet veritatẽ: sed alicuius subsistentis rei portat imaginẽ. Promptuaria eorũ plena: eructantia ex hoc in illud. Promptuaria quę cellaria vulgus appellat: hereticorũ corda significant: vbi diuersarũ rerũ species epuleq; reposite sunt. Ista quãtũ copiose farcita sunt: tantũ diuersas eructuationes pessimę exaltationis emittũt. Quos si auctoritate cõuincas: ad interp̃tationũ nequicias transferunt. Cũ inde quoq; fuerint domino iuuãte superati: ad sophistarũ se versutias calũniasq; cõuertunt: vagi: instabiles: quia radicẽ nequeunt habere veritatis. Sic merito asperis odoribus comparata sunt: quę simpliciũ corda fetido sermone decipiũt. Oues
eorum fetose abundãtes in† egres- Al. gressib⁹
sibus suis. Hoc magis ad litteram congruenter accipimus: quia ꝓpositũ ꝓphetę est tales ostendere caduca tantũ ꝛ temporalia possidere. Hi fetosum vident habere peculiũ: dum ipsi fide steriles esse do-
ceãtur. Abundãs quippe dictus est: ab vn- ET
da: quasi redundãs. Ipsa quoq; pecora: quę habere cernũtur: nõ dixit eos in igressibus: sed in egressibus possidere: quia totum ab eis egredit: quãdo ipsi quoq; perituri esse monstrantur. Boues eorũ crasse. Nõ est ruina macerie: neq; transitus: neq; clamor in plateis eorum. Hic affluens facultas ostenditur: quorum boues non assiduo labore macri: sed deliciosa ociositate pinguissimi sunt: ꝫ ipsi veritate tenues atq; ieiuni esse monstrant. Sequit. Non est ruina macerie. Adhuc felicitas describit impiorum: quę tamẽ in rebus transitoriis esse cõuin-
citur. Maceries: est paries ex sola cõposi- Þ
tione saxorũ: qui aut vineas claudit: aut hortorũ culta cõmunit. Quapropter eorũ

cōmemoratur tanta ꝓsperitas: vt nec ipsa ruant: que in aliquā vtilitatē videntur erecta. Subijcit. Neqꝫ transitus: neqꝫ clamor in plateis eorum. Hoc quoqꝫ vult ad seculi istius felicia ꝑtinere: vt quādo se patresfamilias cupiunt reficere ꝑ quietē: nō sit transitus ꝑ domos eoꝝ: aut clamor oriatur turbidus in plateis: ne somnꝰ eorum importuna loquacitate rumpatur: sed silentiū sit cum volunt quiescere: occursus cum se amicos salutare precipiūt. Que figura dicitur Climax: quādo dictio gradatim ad superiora cōscendit.

Sche

Beatum dixerunt populū cui hec sunt: beatus populus cuius est dominus deus eiꝰ. Hic versus duas quidē sed diuersas ꝓbatur continere sentētias. Una est eorum qui sibi vidētur felices. Altera vero beatorum. Ait enī: Beatū dixerunt populū cui hec sunt: scilicet superiora que dicta sunt. Sic iudicant qui veritatis discipuli nō fuerūt. Mundi diuitias ꝓferūt et celestia regna cōtemnūt: beatitudinem putātes: aut oues fetosas aspicere: aut boues crassissimos possidere. Audite male ꝑsuasi: audite demētes: in sinistra poni que putatis esse magnifica. Sic enī de sapientia legit: In dextera eiꝰ anni vite: in sinistra eius diuitie et gloria.

Prouer.3

Audiamus nūc quid dicatur de turba fideliū. Beatꝰ populus cuius est dominꝰ deus eius. Post illam irrisionē que de sceleratis facta est: venit ad penetralia sapiētie: hoc est: ad vocem ipsam sanctissime veritatis. Definit enī veraciter qui sit beatꝰ populus: scilicet: Cuiꝰ est dominus deꝰ eius. Dicendo: Cuius est dominꝰ: sanctos viros significat: et ꝓbabili se cōuersatione tractantes. Illorum enī dominꝰ nō dicitur: qui eius nequaq̄ꝫ predicationibus acquiescunt. Ipsi enī dominuꝫ habent christum: qui et eius serui specialiter nūcupantur. Addidit q̄ꝫ: Deus eius: id est: quibꝰ ꝓpitius esse dignatur. Sepe enī sic legimus a fidelibꝰ dictum: Deus meus et dominus meꝰ. Nam si nos serui eius integre dicimur: ille dominus noster veraciter nuncupatur. Sic paucis verbis beati populi definitio plenissima veritate cōpleta est.

Conclusio psalmi.

t Riumphalis quidem psalmus auditus est: sed videamus quo pertineat ista victoria: que specialiter ad similitudinē ecclesie constat esse perfecta. Nam licet per istū sanctum virum multa dominus religiōis sue sacramenta monstrauerit: hoc tamē euidēter ad pugnas ecclesie declarādas: quas spiritualiter patitur ꝓbatur effectuꝫ: vt pastorali petra superbus caderet: cū se virium suarum presumptiōe iactaret. Quapropter exemplar istud totiꝰ fidei grauidum huiusmodi debemus accipere. Golias ad diaboluꝫ ꝑtineat cum ministris. Dauid: ad vniuersum respiciat populuꝫ christianū: qui inimicū suum terribilem petre noscitur soliditate superasse. Illud quoqꝫ magnopere cōtuendum est: quod post tot psalmorū longissimā seriem: hic mundanarū rerum quasi quidā terminꝰ videtur appositus. Neqꝫ enim post hunc aliquid: aut de ecclesie persecutoribꝰ: aut de amaritudine seculi: aut de passionibꝰ martyrum: aut de tribulatione penitentium: aut de lamētatione fideliū: aut de antichristi abominanda elatione narratur: Sed reliqui septem in magnū mysteriū diuinis ꝑconijs aptati: celesti leticia videntur esse plenissimi. Nūc ad laudes domini repulsis nubibus peccatorū: serenis mentibus accedamus.

Explicit expositio in psalmū. CXLIII

Incipit expositio in psalmū. CXLIIII

Laudatio ipsi dauid.

d Auid christum dominū significare: et nominis ipsiꝰ interpretatione documꝰ: et per descensum carnis ex parente sic appellatum esse mōstratum est. Sed dum hoc nobis constare videat: illud magis diligēter arbitror ꝑscrutanduꝫ: cur hic titulus singulariter contineat: Laudatio ipsi dauid: cum in omnibus psalmis eius gloria predicet. Sed hic ideo distinctior clariorqꝫ posita est: quia cōpletis omnibꝰ quibus hūana

ignorantia fuerat instruenda: nūc ad sola
ꝓcipitur domini vacare ꝑconia: que laudes
quadā distinctione suisq̄ꝫ virtutibus in his
septē psalmis sequētibus mirabiliter expli
cant. Quorū ꝓprietas in suis conclusioni-
bus: sicut factū est: ⁊ in ꝑcedentibꝰ aperit.
Nec vacat qđ hic septenario numero lau-
des dn̄i cōcludunt: quod penitentiū cōfes-
sio tali calculo ꝑnotat: qđ ipse spiritussan-
ctus septenaria virtute ꝑdicatus est: illud
forsitan indicans sacramentū: quādo moy
si dominꝰ ꝑcepit: vt in tabernaculo suo sep
tem lucernas apponeret ꝑpetuo lumine lu-
cētes. Sed cū nihil in scripturis diuinis ꝓ-
betur ociosum: maxime hebrei alphabeti
ordinē ⁊ hic nō incassum arbitror ꝑ versuū
capita custoditū: quē in duobus generibꝰ
hominū in vicesimoquarto psalmo diximꝰ
accipiendū. Nam cū totis litteris explica-
tur: iustos designat: quibꝰ nulla virtus per
gratiā domini deesse monstrat. Cum vero
nō totis characteribꝰ annotat: illos videt
ostendere qui in ecclesia quidē sunt domi-
ni: sed nō adeo cunctis bonis operibꝰ pro-
bantur esse ꝑfecti. De hac eī mixtura legi-
Ps. 8 tur: Oues ⁊ boues vniuersas: insuꝑ ⁊ peco
ra campi. Sic isti alphabeto littera tantū
vna subtrahit: vt nō illos sūmos indicare
videatur. Nam ⁊ dominꝰ in euāgelio dixit
homini: qui se ꝓbabili cōuersatione tracta
Mar. 10 bat: Unū tibi deest: sed si vis esse ꝑfectus:
vende omnia tua ⁊ sequere me. Sꝫ cū om-
nes hoc nō faciant: a ꝑfecto aliquid minus
habere noscunt. Quapropt gratias agen-
tes domino: iugiter supplicemus: qui tale
nobis hic mysteriū sue pietatis ostēdit: vt
⁊ nos qui maxima sumꝰ meritorū parte cu-
rati: similia postulare ꝑsumamus: quatenꝰ
ad laudes eius eternas indulgentie ipsius
munere peruenire mereamur. Siue magis,
quod postea reperi: Imꝑfecti alphabeto-
des indicāt ecclesiā: que hic adhuc agitur:
⁊ necdū est iniquorū sequestratiōe purga-
ta. Plenarij vero: futurā significāt hierusa-
lem: vbi iam ꝑfectorū cetus sanctorū elec-
tione cōplebitur. Quod etiā ipsi psalmi q̄
hebreis litteris ꝑnotātur: si diligēter inspi-
cias indicare noscuntur.

Diuisio psalmi.

l Audatio christi: que a beato ꝓphe
ta ꝓposita est: alphabeti hebrei or-
dine decurrēs: tribus narrationibꝰ
explicat. Prima: est laudis eiꝰ infinita pro-
missio: cōtinens ꝑdicti alphabeti litteras
tres. Secunda: dicit laudē domini nouem
modis esse ꝑagendā: habens litteras quat
tuor. Tertia parte: que in secūda de ꝑconio
christi breuiter ꝓposuit: paulo latiꝰ atq̄ꝫ eui
denter explanat: in fine cōmonens ab om-
ni carne dominū debere laudari: que pars
retinet litteras quattuordecīꝫ. Illud tamē
ꝑ omnibꝰ debemus intēdere: q2 sic dictum
est: vnde dominꝰ laudari possit: vt tū par-
tes ipse inexplicabiles esse videātur. Uer-
bi gratia: dicit laudādus esse in operibus
suis: sed quis eiꝰ possit operas vt dignum
est explicare? Dicitur de potētia: sed quis
eius potētiā enarrare ꝑualeat? Una ergo
veritas est: sic ꝑ partes laudē dici domino:
vt tamē non credas eam sufficienter posse
compleri.

Expositio psalmi.

Xaltabo te deus rex meus: ⁊ Aleph
e benedicā† nomen tuū in secu Al. noi tuo
lo: ⁊ in seculum seculi. Beatus in seculū
ꝓpheta spiritu diuino cōpletus: erupit in
vocē: nō hūana sapientia ꝑsumens: sed su-
perna cōtemplatiōe illuminatꝰ. Nec enīꝫ
locale aliquid aut speciale dicit: sed vū mū
di imbecillitas cuncta saluet. Exaltabo te:
dictum est: notū te faciā ꝑdicando qđ es.
Nā quēadmodū putetur aliqua laude deꝰ
altior fieri: cum diuina ꝑfectio nō possit au
geri? Rex meꝰ: ꝓfessio fidei est: qm̄ ab ipso
se dicebat regi: cui se nouerat pura mēte fa
mulari. Benedicere nomē eius est in secu-
lo: hic illi ꝑ psalmodie gratiā supplicare: qđ
qui dignꝰ est facere: ⁊ in illa eū merebit eter
nitate laudare. Sic eīn sequit. Et in seculū
seculi: vbi iam nullꝰ est finis: sed qđ feliciꝰ
incipit: ꝑpetua iocūditate seruat. Per Beth
singulos dies benedicā† te: ⁊ lauda Al. tibi
bo nomē tuū in †seculo: ⁊ in seculū Al. seculū
seculi. Supius dixit: Exaltabo te deus.
Et ne forsitā humana negligētia semel cre-
deret esse faciendū: necessarie cōmonitum
est: Per singlos dies: vbi reuera mutua si-
bi alternatione succedūt. Sed q̄ hic ꝑ istos
singulos dies benedicit dominū: ibi in il-

lo eterno vno die qui ventur⁹ est: cū beatis cōtinua exultatione laudabit. Ad reliq̄ vero verba hui⁹ versus: quoniā sunt similia: supior expositio dicta sufficiat.

Gimel **Magnus domin⁹ ꝛ laudabilis nimis: ꝛ magnitudinis eius nō est finis.** Mirāda cōplexio: vera p̄dicatio: sic laudare dominū: vt quātū est magn⁹ nō estimes explicandū. Sensus em̄ toti⁹ creaturę deficit: ꝛ adhuc illa retractatio semꝑ excrescit. Nam sicut nullo loco clauditur: ita nec eloquētia q̄uis amplissima eius possunt p̄conia terminari: Virt⁹ inexplicabilis: pietas incōprehensibilis: sapiētia ineffabilis: cuius vera definitio est: finē in sanctis laudibus nō habere. Et nota q2 dū dicitur: magnitudinis eius finē nō esse: nūq̄ te p̄cipit ab ei⁹ p̄dicatione cessare. Nā ꝛ taciti gratias agimus: cū nos ꝓbabili cōuersatiōe tractamus. Qui cū nullis possit laudib⁹ comp̄hendi: singulis tamē sermonib⁹ indicat: cū dicitur: Magn⁹ nimis. Et iterū: Magnitudinis ei⁹ nō est finis: qui definitionis

Sche quint⁹ est modus. Hic grece dicit Cata antilexin: latine ad verbū: quādo singulis vocabulis rem quā scire quęrim⁹ intimamus.

Deleth **Generatio et generatio laudabunt opera tua: ꝛ potentiā tuā ꝓnunciabūt.**

He **Magnificentiā maiestatis tue: ꝛ sanctitatē tuā loquētur: ꝛ mirabilia tua narrabūt.**

Ɫ glorię sāc-titatis tuę

Vau **Et virtutē terribilium tuorū dicent: ꝛ magnitudinem tuam narrabunt.**

Zai **Memoriā abundantię suauitatis tuę eructuabūt: ꝛ iusticiam tuā exaltabūt.**

Ɫ eructabūt

Venit ad secundā narrationē: vbi species dominicę laudis sacrato calculo p̄notatur. Sed q̄uis ista repetitio generationū: infinitū tēpus ostendere videatur: q2 dn̄i opera semꝑ cōstat esse laudāda: tamē generatio ꝛ generatio ad duos magis debent populos applicari: Vna ad hebręorū: quę ꝑ signū circūcisionis electa est: Altera quę venit ex gentib⁹. Ipse sūt em̄ quę dn̄i beneficia susceperūt. Et merito dicunt p̄conia ipsi⁹ canere: q̄ ad eius deuotiōis ꝓbāt munera ꝑuenisse. S3 qm̄ hęc nouē: id est: opera: potētia: magnificētia: sanctitas: mirabilia: virtus: terribiliorū magnitudo: memoria: iusticia: in modū ꝓpositiōis hic dicta sunt: vt eisdē lineis cōsequēter debeat laus dominica decantari: cōuenit vt ibi de ipsis euidētius dicere debeam⁹: vbi et auctoritas iudicauit lati⁹ exponenda: quę nos istis nominib⁹ forsitan possum⁹ appellare cataractas diuini eloquij: fontes verborū celestiū: vbera beata p̄conij: vnde et humanū genus pia cōfessione reficit: ꝛ angelis beatitudo sine fine p̄stat. Quę argumenta in sūma ita arbitror esse definiēda: ratio quę rei incōprehensibilis atq̄ altissime sūmatim ꝛ breuiter inquātū valet: nō quantū est efficit mentionē. Hinc em̄ nihil extrinsec⁹: nihil verisimile: nihil ꝓferri videtur ambiguū: sed omnia talia ꝓcedunt: qualia ꝛ veritas loquit ꝛ de veritate dicuntur. In magnū quoq̄ sacramentū: hęc nouē loca vnde laudes dominicę nascunt: arbitror apprehensa: vt trinitati honor tertio in se triplicato numero possit agnosci. Iste ☧ quoq̄ numer⁹ cōtinet ꝛ in codicibus sacris: quos sancta dn̄i legit ꝛ venerat ecclesia: id est: in octateucho: in regum: in ꝓphetis: in psalterio: in salomone: in agiographis: in euangelijs: in epistolis apostolorum: in actibus apostolorum: cum apocalypsi. Sic numerus iste celestium rerum cōmemoratione secundus est.

Misericors ꝛ miserator domin⁹. Heth Tertia narratio q̄ superest introit: in qua loca illa argumentoꝝ latius exequit: quę in secūda parte breuiter intimauit: ea nūc singillatim mente sollicita ꝑquiramus. Ab operib⁹ domini fecit initium: vt miserator dicat. Nā quod misericors dicit: naturę ipsi⁹ virtus est: qd miserator fragilitati nostrę causa salutis ē. Misericors est em̄ cū creat: q2 nullis beneficijs ꝓuocatur vt p̄stet: sed clemētię suę dispositione vniuersa facit ad existentiā ꝑuenire. Miserator quoq̄ est: cū res cadētes sua pietate recōstruit: quatenus qui ꝑ culpā corruit: ꝑ gratiā subleuent. Quis em̄ actibus suis meret munera dn̄i saluatoris: dū absolute legat: omnes peccauerūt ꝛ egent glo- Ro.3
ria dei: Misericors autē ꝛ miserator: figu- Sche
ra Paranomasia est: quę ꝛ denomiatio dicitur. **Patiens ꝛ multū misericors.** Venit ad secundū argumenti locum: qui

appellat: a potẽtia: quã nõ laudauit quod
terras suspendit: maria coercuit: stellis ce-
lũ depinxit: sed tolerantẽ dixit excessus hu
manos: vt qui puniri possent lege iusticie:
pbent p patientiã dñi nõ perire: sicut legi-
Ezech.18 tur: Nolo mortẽ peccatoris: sed vt cõuerta
Leth tur et viuat. **Suauis dñs vniuer-**
sis: et miseratiões ei⁹ super omnia
opera eius. Terti⁹ argumẽti locus est: a
magnificentia. Quid enĩ magnificẽtius: q̃
suauẽ esse vniuersis: qui tñ eũ deuotis sen-
sibus ipsi⁹ munere gustauerunt? Sicut pe-
j.Pe.2 trus aplus dixit: Si tñ gustatis qm̃ dulcis
est dñs. Dulcis enĩ dici nõ põt: nisi eis qui
bona ipsi⁹ spiritualiter imbiberunt. Quid
iterũ magnificẽtius: q̃ miserationes supra
oẽs opas suas impendere: que eo gloriant
auctore? Dicat aliquis: cur ergo damnãdi
sunt peccatores: quos ei⁹ creaturã esse non
dubiũ est? Sed respice: q: miseratiões cõfe
rendas dicit supra opas dñi. Ipsũ enĩ coro
nat: qd in nobis occulto iudicio gratia pre
rogãte largit: illud dãnat qd diabolo ma-
chinãte cõstruit. Talis enĩ posita verborũ:
soluit absolutissime q̃stionẽ. Opa enĩ dñi
semp eligunt: nostra vel diaboli sine dubi-
Joth tatione dãnant. **Confiteant tibi do**
mine omnia opera tua: et sancti tui
benedicẽt te. Quartus loc⁹: a sanctitate
narrat. Ipsa est enĩ sanctitas quã supius
dixit: vt ei sancti sui debeãt cõfiteri: id est:
boni angeli: dñationes: potestates et prin-
cipatus: vel iusti hoies: et quicqd beatũ ẽẽ
cognoscitur. Sed q: omnes creature nõ sũt
in intellectuali dignitate sublimes: vt iu-
mẽta: saxa: ligna: terra: vl' his similia: quõ
illũ poterit omnis creatura p̃dicare? Cõfi-
tetur plane in hoc qd est: dñ suũ glorificari
facit auctorẽ: qui omnia admirabili dispo-
sitione pfecit: vt aut p se ipse creature lau-
dẽt: aut p rationales substãtias opera dñi
Caph valde bona p̃dicent. **Gloriam regni**
tui dicent: et potentiã tuã loquent.
Quintus: a mirabilib⁹ pducitur locus. Q̃
mirabilis enĩ deus: qui fecit celũ et terram:
eaq̃ diuersis bonis stupẽda varietate cõ-
pleuit? In paruis enĩ est mensura sufficiẽs:
in mediocribus equabile tẽperamentũ: in
magnis abundãtia copiosa donorũ: et ne-
cesse est totũ esse mirabile: qm̃ vniuersarũ
rerum omnipotentẽ cõstat auctorẽ. **Ut** Lameth
notã faciant filijs hominũ potẽtiã
tuam: et gloriã magnificentie regni
tui. Sextus locus q̃ est: a virtutib⁹ introi-
tur. Hoc est enĩ qd in scda parte dixit: Uir-
tutẽ terribiliũ tuorũ. Sanctis enĩ p̃dicato-
ribus nota facta est potẽtia dñi et gloria re-
gni eius: ne ignorata min⁹ forsitan quere-
ret. Nota quoq̃ facta est potẽtia ei⁹: cũ pe
trus et iohãnes: ex vtero matris claudũ am
bulare fecerũt: dicẽtes: Uiri israelite quid Act.3
miramini in hoc: quasi nostra ꝟtute aut pi
etate fecerimus hunc ambulare? Et paulo
post dicũt: qd in nomine iesu christi saluus
sit fact⁹. Nota etiã facta est potẽtia dñi: qñ
diuersas virtutes apostoli inuocato ei⁹ no
mine pfecerũt. **Regnũ tuũ regnum** Mem
omniũ seculorum: et dñatio tua in
omni generatione et pgenie. Uenit Al. gñatione
ad septimũ locum: qui trahit a magnitudi
ne. Nam si magnũ est ad tẽpus imperare:
q̃to magnificẽtius dñationis terminũ nõ
habere? Primũ enĩ signũ dñi de ppetuita-
te laudauit: postea de ipsi⁹ dñationis effe-
ctu. Sunt enĩ regna hũana sed nõ eterna:
sunt et aliorũ cõparatione fortia sed non di
uinis dñantia: et ideo ppetuitas ista cõme-
morat: ne regnũ tale putares quale in mũ-
do forsitã esse cognoscis. **Fidelis do-** Samech
minus in verbis suis: et sanctus in Al. oibus
omnib⁹ operibus suis. Alleuat
dñs omnes qui corruunt: et erigit
omnes elisos. Octau⁹ loc⁹ aperit: q̃ di-
cit: ab abundãtia. Ipa est: Memoriã abũ-
dantie suauitatis tue eructuabũt: quã su-
perius in añfata secũda parte memorauit.
Fidelis ergo dicitur: quoniã sui aduentus
pmissa cõpleuit: et nõ in paucis sed in om-
nibus verbis suis. Qd reuera ipsi soli pue
nit: qui dixit: Celũ et terra transibũt: verba Math.24
autẽ mea nõ p̃teribunt. Qui sicut verax in
pmissionibus: ita et sanct⁹ in omni sua ope
ratione dinoscitur. Hoc quoq̃ ad abundã-
tiam domini nõ est dubium ptinere: quan-
do eleuantur ruẽtes: absoluũtur rei: erigũ-
tur elisi. Tunc enim recordatio suauitatis
ipsius habetur: cum factorũ talium virtus
aspicit: et eructuatur in laudibus eius: qui

dignatus est de potestate diaboli eripere
peccatorem. Et vide quoniā ⁊ hic due res
dño deputanť. Ipse eñi alleuat ruētes: qui
adhuc minime corruerūt. Ipse erigit elisos:
qui iā ruinā sustinuisse noscuntur. Merito
qm̃ ne cadam⁹ ipso custode defendimur: vt
vero ꝓstrati surgere valeam⁹ virtute ipsi⁹
nihilomin⁹ subleuamur. Hec eñi ⁊ talia ꝑ
abundantiā suauitatis ipsi⁹ fieri posse nō
dubiū est. Oculi omnium in te spe-
Ain / Al. illorū
rant dñe: ⁊ tu das escam †illis in tē-
pore oportuno. Aperis tu ma-
Phe
nū tuā: ⁊ imples omne animal be-
nedictione. Ecce nonus locus intratur:
qui dicitur a iusticia. Hic in his duobus ⁊
alio versu qui sequitur latius explanať: vt
qui dominū misericordē audiunt: iustū ꝗꝫ
iudicē cōtremiscant. Iusticie eñi ipsi⁹ est:
vt qui in ipso sperare nō desinūt: ab ipo sa
tietatis munera consequanť. Sed ista esca
vniuscuiusqꝫ rei cōtinētia debet intelligi.
Alia eñi corporaliter: alia spiritualiter ex-
petūt gubernari: sed his omnib⁹ vna esca
est largitas dispensata creatoris. Et ne cre-
deres semꝑ dandū esse qd̕ petitur: adiecit:
In tēpore oportuno. Multi eñi petūt: sed
feliciter differunť. Quapropť vnū hoc as-
sidue deprecemur: vt illa nobis dñs ꝓpiti-
Ro. 8 us tribuat: ꝗ expedire cognoscit. Nos eñi:
sicut dicit apl̃us: quid oremus sicut opor-
tet nescimus. Cognoscim⁹ etiā in potesta-
te ipsi⁹ omnia cōstituta: quādo ipso manū
aperiēte: omne animal benedictiōe cōple-
tur. Sed melius vt hoc animal rationabi-
lē creaturā debeamus accipere: quā reuera
Sade cōstat posse benedici. Iustus domi-
nus in omnib⁹ vijs suis: ⁊ sanctus
in omnib⁹ operib⁹ suis. Manifesta
est pars illa iusticie: quādo ipsū quoqꝫ no-
mē cognoscim⁹ esse memoratū. Vie domi-
ni sunt: dispositiōes atqꝫ volūtates: quas
si vere itelligim⁹: semꝑ iustas esse sentim⁹.
Nam cū nos verberat: equitatē facit: quia
peccatis digna restituit. Et ideo dū nobis
petim⁹ parci: prius ei⁹ iusticiā cōfiteamur:
⁊ sic ab ipso expectemus munera pietatis.
Sanct⁹: ⁊ piū significat: ⁊ patiētē: ⁊ bono-
rū omniū largitorē: qm̃ quod ab illo efficiť
virtutū laude complecť. Vie ꝑtinēt ad dis-
positiones: operatio ad effectū: sed hoc ꝓ
nostra imbecillitate diuidiť: Ceterū apd̕ il
lum: hoc est velle qd̕ facere: hoc disponere
qd̕ iubere. Prope est domin⁹ om- Coph
nibus inuocantib⁹ eum: †in verita Al. oīb⁹ inuocantib⁹ eū
te. Voluntatē timentiū se †faciet: ⁊ Res
orationes eorū exaudiet: ⁊ saluos Al. faciet: et deꝑcationē
faciet eos. Et hec quoqꝫ ꝓbanť ad iusti-
ciā dñi ꝑtinere. Proximus: dicť ꝓpitius:
Iratus vero: longinqu⁹. Nā ꝑsentia eius
semꝑ ⁊ vbiqꝫ est: sicut in supiore psalmo di
ctū est: Si ascendero in celū: tu illic es: si de Ps. 138
scendero in infernū ades. ⁊c̃. Sed qm̃ ⁊ illi
inuocāt: qui sua cupiūt desideria vana cō-
pleri: additū est: In veritate: qd̕ omnes su
perfluitates excluderet: qꝛ solus veraciter
inuocat ꝗsquis ab eo petit que ipe magis
postulāda cōstituit. Reuera eñi: hoc est ex-
audiri: cū ꝓbanť ꝓfutura cōcedi. Nā qua-
le est nimietate pc̄ti exigere: qd̕ importunū
petitorē peniteat accepisse? Sicut filijs isra
el contigit: quādo regē sibi dari more gen-
tiū postularūt. Custodit dominus Sin
omnes diligētes se: ⁊ oēs peccato-
res disperdet. Iam cōcludiť in breuita-
te pars illa iusticie: qꝛ vtrūqꝫ ad dñi ꝑtinet
equitatē: vt diligētes se custodiat: ⁊ pecca-
tores ꝓ eoꝝ iniquitate disperdat. Qd̕ aūt
dicit: oēs peccatores esse ꝑdendos: illos si-
gnificat q̃ in sua obstinatione ꝑsistunt. Nā
qui se ad dñm puro corde cōuertūt: pecca-
tores esse iam desinūt: sicut in alio psalmo
dictū est: Beati quorū remisse sunt iniq̃ta- Ps. 31
tes. †Laudem domini loqueť os Thau
meū: ⁊ benedicat omnis caro †no- Al. Laudationem
men sanctū eius in seculū ⁊ in secu- Al. noī scō
lum seculi. Expositis omnib⁹ locis: que
laudē dñi generare ac ꝓducere cōsuerunt:
nunc ei⁹ repetit breuissimā conclusionē: vt
quod nullis libris: nullis valet hūanis vi-
ribus explicari: mirabili cōpendio ꝓbetur
esse ꝯclusum. Laudē domini os suū: id est:
cordis arcanū ꝓmittit effari: vnde se ꝓphe
ta nouerat libenter audiri. Cōmonet etiaꝫ
humanā carnē vniuersam dominū benedi
cere saluatorē: qd̕ dictū cōstat ꝑ figurā Si- Sche
necdoche: id est: a parte totū. Per carnem
eñi significat homies: sicut idē hoīes signi-
ficat: qñ solas aīas dicit: vt est illud exodi:

Gen. 4.6 Omnes autē anime que intrauerūt in egy
Exo. 1 ptū: anime septuagintaquinq̧. Ipa enim
caro est: que pōt dn̄m digna laude benedi-
cere. Si quā vo parte supra ista q̄ diximᵒ:
siue in futuris: siue in p̄teritis psalmis dili
gens pscrutator inuenerit: que ad laudes
dn̄i debeat applicari: ad supradictorum ali-
quē modū: vt tn̄ nos opinamur non dubi-
tet ptinere: nec accuset a nobis ad liquidū
mime cōprehensum: qd ꝓfitemur imensū.
Hoc aristoteles acer ingenio (vt arbitror)
emulatᵒ: argumentoꝝ secularium loca mira-
bili subtilitate collegit: vt sicut vniuersus
sermo litterl: ita ⁊ illa cōplexiōe omnis hu-
manitas ꝓlata sentētia clauderet. Hic dia
lectici disputatiōes suas cōpendiosis col-
lectionibᵒ artauerunt: hinc oratores velut
quedā flumina cucurrerūt: hinc poete de-
coris floribᵒ ambiunt: hinc satyrici: hinc hi
storici: hinc comici tragiciq̧ ditati sunt: vt
pene ab hūana lingua videat exceptū: qd
ab hac fuerit cōplexiōe diuisū. Huic rei to-
D pica nomē imposuit. Topica vero sunt ar-
gumentoꝝ sedes: ex quibᵒ ad faciendā fi-
dem velut elemētis quibusdā cōficit inten
tio differentis. Qd legere atq̧ tractare reli
gio nulla cōdēnat: qm̄ innoxie requirit qc-
quid sacris litteris nō ꝓbat aduersum.

Conclusio.

a Aduuimus in vno
psalmo breuit cōplexa: que in scrip
turis sanctis late diffusa sūt. Ubi
em̄ nō legitur: aut opera ipsiᵒ: aut potētia:
aut magnificētia: aut sanctitas: aut mira-
bilia: aut virtus terribiliorū: aut magnitu-
do: aut abūdantia: aut iusticia: vt merito
dici possit supernū horreū: vbi talis enthe-
ca rerū ꝓbatur esse celestiū. Solent em̄ om
nia simul non poni: laus aūt dn̄i vt opina-
mur sine aliquo istoꝝ nō pōt inueniri. Sed
cū hic formulā dn̄ice laudis diligēter exp̄s-
serit: significauit vtiq̧ ⁊ sequētes psalmos
ad eius sine dubio p̄conia ptinere: quibus
talis regula cōplexioq̧ p̄missa est. Nec pu-
tes fortuitū: qd septē psalmis laudes dn̄i
cōtinent: hoc est forsitan quod in cētesimo
Ps. 118 decimooctauo psalmo dictū est: Septies
in die laudē dixi tibi. Ipsa forsitan septem
candelabra sunt: sicut apocalypsis refert:
que ante dominū lucent. Ipse septē eccle-
sie ad quas liber dn̄i iussus ē destinari. Ip
se deniq̧ spiritus septiformis: qui ipas lau
des celesti largitate cōcessit. Quapropter
exultemus: copiose dedisse nobis dominū
quod eiᵒ auribᵒ offeramus: tantū pura cō-
scientia p̄beatur. Nam quis dubitet grate
suscipi: quod ipse sibi p̄cepit imolari? O pi
etas imensa creatoris: ⁊ laudari se iubet: et
ne nostris delinquamᵒ eloquijs quēadmo
dū p̄cipitur ostendit: Nō quod ille talibus
indiguit: sed qr nobis hoc vtile fuisse ꝓspe
xit. Totū dixit: totū monuit: ne velimᵒ er-
rare. Ad postremū ⁊ ipsam naturā huma-
nitatis: ne fragilis periret assumpsit. Sed
cōsideremᵒ si qui tā ingentia dona suscipi-
mus: peccare tante gratie debeamᵒ.

Explicit expositio in psalmū. CXLIIII
Incipit expositio in psalmū. CXLV

Alleluia.

e Ecce iterū auribᵒ nostris insonat ce
lestl auctoritas: pulsatq̧ alleluia ia
nuas cordis: ne vacuis atq̧ inani-
bus cogitationibᵒ occupemur: quoniā oci-
osum tēpus habere nō decet milite christi.
Habet em̄ ⁊ lingua fructus suos. Uberri-
ma siquidē messis inde colligit: si in laudes
domini pura mēte moueat. Spirituale mē
brum est cū famulat auctori: ipsam quoq̧
animā cōmendat dū veritatē loquit. Qua
propter cōpleamus aerē dulcissimis sonis.
Nam musica ista salutaris: nō solū morta-
liū pmulcet auditū: sed etiā intellectū dele
ctat angelicum.

Diuisio psalmi.

c Upiens ꝓpheta laudes domini ex
toto corde cantare: Primo igressu
dicit in hominibᵒ mime ꝯfidendū:
ne aliquid ab eo peteretur tepide: si ⁊ aliud
crederet posse prestare. Secūdo ꝓnunciat
totā spem in omnipotēte domino reponē-
dam: ⁊ cū sit iste dominus: ex factl suis pul
cherrime definitur: vt gentilitas tā frequē
ti ratione cōuicta: errores suos fideli deuo
tione derelinquat.

Expositio.

Lauda anima mea dominū.

l Ne terrenis desiderijs volūtas oci
osa vacaret: et in fatuis vt assolet
curis: mentis occuparetur intentio: dat si-
bi ꝓpheta salubre cōsiliū: vnde generalita-
ti nouerat cōsulēdū: vt anima laudaret do
minū: nō sonus ꝯcrepantiū labiorū. Sepe
em̄ sic meditata proferimus: vt peregrina

cogitatione translati: non nos sentiamus
dixisse que loquimur. Est enī virtus anime
spūali vigore flāmata: p diuersa discurrēs:
que causas celestiū siue terrestriū creatura-
rū indagabili ratiōe pquirit: mō se superis
modo inferis miscens. Sed ista queadmo
dū se habeāt: put dn̄s donare dignat⁹ est:
in libro anime: qui in variarū opere tertius
decim⁹ cōtinet: a nobis latius vident expo
sita. Quapropter animā suā psalmista hor
tatur laudare dn̄m: vt explosis cogitatio-
nib⁹ superuacuis: in ipso tm̄ negocio totis vi
rib⁹ occupet. Laudabo dominū in vi
R. fuero ta mea: psallā deo meo q̄diu †ero.
Intueamur quid sibi velit ista repetitio.
Pri⁹ imperat anime sue laudare dominū:
nūc acquiescens duplici se pmittit ordine
laudaturū. Laudare in vita est: in illa eter-
nitate dn̄m cōfiteri: que veri⁹ vita dicitur:
qm̄ nulla curarū p̄ssura cōterit. Ideo enī:
Laudabo dixit: vt futurū tēpus ostēderet:
qm̄ angelis iustisq̄ hominib⁹ sors ista com-
munis est. De ista vero p̄senti vita: Psallā
dicit: qd ad bonas operas: sicut sepe dixi-
mus: manifestū est ptinere. Sic ergo acci-
piendū est: vt illic ppetue: hic psallatur assi
due. Nā ⁊ ipsū: Q̄diu ero: istud seculū sig-
nificat: qr futurū erat qm̄ hic esse non pote-
rat. Nolite confidere in principi-
bus: neq̄ in filijs hominū in qui-
bus nō est salus. Celestis medic⁹ hūa-
na pectora prius mūdat pestiferis curis: vt
salutaria remedia cōpetēter infundat. Di-
cit enī: nec in demonib⁹/nec in hominib⁹ es
se p̄sumendū: qui salutē dare nō possunt:
quā iure pprio minime possidere noscuntur.
Principes hic: spirituales nequicias debe
Eph. 6 mus aduertere: de quib⁹ dicit apl's: Quia
nō est nobis colluctatio aduersus carnē et
sanguinē: sed aduersus p̄ncipes ⁊ potesta-
tes tenebrarū harum. Filios hoīm: signifi-
cat sine dubitatiōe mortales: qui salutē da
re nō possunt: qr debita morte succūbunt.
Solus est enī fili⁹ hoīs: id est: sancte virgi-
nis q̄ tribuat salutē: qm̄ ipsū cōstat huma-
R. Exibu ni generis existere saluatorē. †Exiet spi
ritus eius ⁊ reuertet in terrā suam:
in illa die peribūt omnes cogitati-
ones eorū. Causam reddit cur dixerit
in hominib⁹ nō esse p̄sumendū: hic spiritū

animā debem⁹ accipere: sicut ait in euāge-
lio: Pater in man⁹ tuas cōmendo spiritū Luc. 23
meū. Egressa itaq̄ anima de claustro cor-
poris sui: i terrā remeat caro defluēs vnde
sumpsit initiū. Ideo enī addidit: Suā: vt
significaret inde fuisse pcreatā: sicut legit
in genesi: Fecit de⁹ hominē de limo terre. Gen. 2
Mortis igit tēpore pereūt hūane cogitati
ones: que se in diuersos ambit⁹ semp extē-
dunt: modo possessionib⁹ studētes: modo
diuitias cōgregātes: modo honores mag-
nopere pquirēdo. Sed hec oīa dispereūt:
qm̄ earū rerū vota frustrant: sicut diuitē in
euāgelio legimus icrepatū: Stulte hac no- Luc. 12
cte auferet a te aīa tua: que aūt p̄parasti cu
ius erūt? Beatus cui⁹ deus iacob
adiutor ei⁹: spes eius in dn̄o deo
ipsius. Explosis noxijs cogitationib⁹ q̄-
bus humanū genus tāq̄ grauissimis mor-
bis inficit: ppheta ad scōm venit igressū:
in quo tanq̄ salutare poculū hūanis mēti-
bus porrigit ebibendū. Nō enī tm̄ phibu-
it inutiles p̄sumptiōes: sed etiā que fuerāt
appetēda p̄monuit. Dicit enī de ipsa cogi-
tatiōe fieri beatum: qui sperat in dominū.
Jacob vero patriarchā ideo sepe diximus
poni: qm̄ post illā angeli luctā primus ipse
appellatus est israel: id est: vir videns deū:
Qd vocabulū ad oēs electos cōpetēter ap
tat. Adiutor enī ideo positū est: vt nos ad
bonos nisus nois ipsi⁹ intelligētia cōcita-
ret. Illis aūt adiutor est: qui ipso donante
virtutū gradus ascēdere bonis intētionib⁹
enitunt. Sequit. Spes ei⁹ in dn̄o deo ipsi-
us. Ad superiorē sentētiā ptinet ista pclu-
sio: qr beatus est cui⁹ spes esse cognoscit in
dn̄o deo suo. Dicēdo enī: Spes: patientiā
p̄sentiū significat: ⁊ desideria futurorū. Nā
quodlibet istud in hoc mūdo christian⁹ pa
tiat: eterne beatitudinis cogitatōe reficit.
Sed qm̄ esse poterat ⁊ cultorib⁹ demonū
spes in deo suo: singulis varijsq̄ cōmatib⁹
p vnā speciē definitionis vsq̄ ad finē psal-
mi: dn̄m christū designat: in q̄ debeat spes
esse fideliū. Qui fecit celū ⁊ terrā: ma
re: ⁊ oīa que in eis sunt. Qui cu-
stodit veritatē in seculū: facit iudi-
ciū iniuria patiētib⁹: dat escā esuriē-
tib⁹. †Dn̄s erigit elisos. Dixim⁹ in R. iste versicu
psalmo centesimo q̄dragesimoq̄rto posita lus subiungit
sequētia

esse loca: ex quibus laus dñica formaretur: nunc eadē cōmemoranda locis aptissimis estimamus. Ait eñ: Qui fecit celū ꝛ terrā: mare ꝛ omnia que in eis sunt: qđ ab opib⁹ eius laudē ꝓdisse nō dubiū est. Quid eniȝ gloriosi⁹: quid vē pōt esse magnificētius: q̄ celū ꝛ terrā fecisse: ꝛ omnia que in eis sunt? Illud ꝑterea qđ dicit: Facit iudiciū iniuriam patiētibus dat escā esuriētibus: ad iusticiā ei⁹ manifestū est ptinere: qñ equitatē suā omnib⁹ ꝓut vult iudicij sui dona cōcedit. Secūda aūt est ista spēs definitiōis:
P que grece dicit Ennęomatice: latine notio nuncupat. Nō eñ dicit substātialiter quid sit de⁹: sed quid agat vel quid egerit. Act⁹ eñ ei⁹ ex parte aliqua quantū tñ ipse cōcedit potest noticia nostra cōprehēdere: substantiā vero ipsi⁹ nō ꝓualet indicare. Dicit eñ ṗmū: Qui fecit celū ꝛ terrā: ipse est in q̊ spem suā debeāt ponere christiani. Sed licet celi ꝛ terre appellatiōe cuncta cōcluserit: addidit tñ: Et omnia que in eis sūt: ne quē aliū putares vel minutissimarū rerū existere creatorē. Sequit. Qui custodit veritatē in seculū. Ipse est scȝ dñs christus: q̄ dixit:
Ioh. j4 Ego sum via veritas ꝛ vita. Necesse est eñ vt ille loquat veritatē in seculo: qui celesti veritas approbat. De hominib⁹ aūt qui sb
Ps. jj5 peccato sunt: dictū est: Omnis homo mendax. Adiecit: Facit iudiciū iniuriā patiētibus. Christ⁹ est verus iudex: ꝛ gubernator eternus: q̄ afflictos ꝓpter nomē suū vindicat: ꝛ miseret innoxijs. Ipsi q̄ppe sunt q̄ iniuriā: id est: iniusticiā patiunt: qñ veritatē predicātes penis vehementibus affligun tur. Intulit: Dat escam esuriētibus. Ipse eñ dat escam esurientibus: qui creator est mundi. Sed oportet nos escas spirituales expetere: ne sicut iudei saturitatē solū ventris delectemur accipe. Dicit eñ Amos ꝓ
Amos. 8 pheta: Ecce introduco famē sup terrā: non famē panis neqȝ sitim aque: ꝟ famē audiēdi verbū dei. Subiecit: Domin⁹ erigit elisos. Nec hoc quoqȝ dubiū est: q̄ elisos erigat. Nā cū diabolus elidat: dñs subleuat. In ipso ergo ponēda est spes: qui nō elidere sed erigere cōsueuit. ¶ Dñs soluit cōpeditos: dñs illuminat cecos: dominus diligit iustos. ¶ Dominus
Al. aduenas custodit† aduenā. In hoc ꝛ sequēti versu ille locus aptādus est: Memoriā abundantie suauitatis eius. Quid eñ suauius q̄ vt misericordie ipsi⁹ facta memorent: vt dicat: Dñs soluit cōpeditos: dñs illuminat cecos: Dñs diligit iustos: dñs custodit aduenā: pupillum ꝛ viduā suscipiet: ꝛ viā peccatorū exterminabit: Soluit vtiqȝ cōpeditos dñs christus: sicut in euāgelio dictū ē:
Nōne oportebat hanc filiā abrae quā alligauerat sathanas decē ꝛ octo annis solui ab infirmitate sua? Sed hoc nō solū de vexatione immūdi spiritus potest intelligi: ꝟ etiā de omnib⁹ vitijs quibus mens nostra quasi quibusdā funib⁹ illigat. Nā sicut ligat diabolus qui peccata cōnectit: ita soluit christus qui delicta dimittit. Sequitur. Domin⁹ illuminat cecos. Omnes vitiosi ceci sunt: q̄ peccatorū obscuritatib⁹ implicant. Sed istos ille solus illuminat: qui in Luc. j3
euāgelio luto facto ꝑunxit oculos: ꝛ tenebratū hominē ad gaudiū ꝑfecte sanitatis Ioh. 9
adduxit. De quo etiā dictū est: Qui illuminat omnē hominē venientē in hunc mundum. Addidit quoqȝ: Dñs diligit iustos. Ibidē
Cui⁹ est eñ iustos diligere: nisi qui eos preualet in eternā beatitudinē collocare? Nā sicut diabolus affectat impios: ita domin⁹ diligit iustos. Subiecit etiā: Dñs custodit aduenam: id est: qui de babylonia ciuitate diaboli ad hierusalē ciuitatē dñi saluatoris aduenerit. Hūc custodit: si tamē in electorum habitatiōe ꝑmāserit: sicut in alio psalmo dicit: Incola ego sum apud te in terra: Ps. 38
ꝛ ꝑegrinus sicut omnes patres mei. Pupillum ꝛ viduā suscipiet: ꝛ† viā peccatorum† exterminabit. Pupillus et Al. vias
vidua sunt: qui dominū pura mente respiciunt: hūanis solatijs destituti. Hos recipit christus suo munimīe vendicādos. Sȝ Al. disꝑdet
cum istos ꝑ sua pietate receperit: diabol⁹ qui est via peccatorū exterminabit: id est: a termio regni sui reddit alienū: quod vnicuiqȝ impiorum in illa sancta iudicatione venturū est. Sic istis decē sentētijs ꝑconialibus: ī quo domīo debeat spes esse fidelium abundanter ostēsum est. Et ne forsitan putes esse contrariū: quod in supiore psalmo diximus: nouem loca dominice laudis disposita: nunc autē in preconijs eius denariū calculū memorauimus esse decursū.

Scias aliud esse argumentorũ sedes: aliud definitionũ regulas. Ibi enĩ singula q̃q; generali distinctiõe sũt posita: hic aũt sb vna specie definitõis: varijs sentẽtijs q̃d sit dñs intimat: ⁊ sic fieri solet: q̃ vno loco argumẽtorum: due definitiones pluresve collecte sunt. Regnabit dñs in eternũ: deus tu[9] syon in seculũ sclĩ. Hoc ex magnificẽtia dñi pbat itelligi. Quid enĩ magnificẽti[9] q̃ regnare dñm syon in sclm̃ seculi: cui[9] regni nõ erit finis. Regnabit: futurũ tẽpus videt õndere: qñ iã in ipso corda nr̃a firmissima stabilitate ɔsistunt. Modo enĩ in mẽbris suis plenissime regnare nõ dicit xp̃s: q: corda eorũ interdũ inanib[9] cogitationib[9] occupant. Sed cũ h̃ mortale corpus iduerit imortalitatẽ: ⁊ noxias istas cogitationes cũ mũdi isti[9] amissione reliq̃rit: tũc pfecte in sanctis regnatur[9] ẽ xp̃s: qñ sic scriptũ ẽ: Erit de[9] oĩa i oĩbus. Cui[9] aũt sit iste dñs euident' exponit: De[9] tu[9] syõ. Syõ ecclĩam catholicã significare sẽpe iã dictũ est: propter speculationẽ quã exhibet xp̃o xp̃iano. Ipse enĩ ⁊ cũ ea ⁊ i eadẽ regnabit: q̃ est bñdict[9] in scl̃a seculorũ.

Al. secula
Al. omni generatione et generatione
j. Cor. 15

Conclusio.

C ontẽplatiõis bñficio: pph̃a circa finẽ q̃si seculi ɔstitut[9]: vbi iã mũdi cognoscit poti[9] dãnãda puersitas: vniuersitatẽ vocauit dñi laudib[9] occupari: ne caduca desideria q̃reret: q̃ pxime finienda cõstaret. Sed cũ illud tp̃s venturũ dicit nobis: istud nostrũ sine dubio nũciat. In mundi enĩ fine sum[9]: qñ eũ nõ longo interuallo suscepta morte deserimus. Trãseant a nobis cupiditates caduce: illecebre seculares abscedant: illud poti[9] desiderem[9] q̃ eternũ esse cognoscimus.

Explicit expositio in psalmũ. CXLV
Incipit expositio in psalmũ. CXLVI

V erba tituli sui sub Alleluia. sequẽs text[9] exponit: vt pegrina locutione nõ egeat: quẽ declaratio ppriĩ sermõis explanat. Lege enĩ initiũ psalmi: ⁊ exposuisti titulũ. Alleluia: significat laudate dñm: q̃ sibi vtriq; sic ɔsona voce respõdet: vt titulũ initiũ putes eẽ psalmi. Initiũ vero psalmi: titulũ rõnabiliter arbitreris. Quapropt' ɔsidẽter atq; hilares ingrediamur hunc psalmũ: cui[9] noticiã salutarem in ipsis quoq; foribus absolute cognoscimus.

Diuisio psalmi.

P rimo mõ hortat' pph̃eta p̃lm deuotũ laudare dñm: qui hũiles erigit: ⁊ supbo colla concidit. Scd̃o alacriter dñm dicit esse psallendũ: qui supplicãtibus beneficia pfutura cõcedit: qm̃ qui de suis viribus p̃sumũt ei placere non possunt.

Expositio.

L audate dñm qm̃ bonus est psalmus: deo nr̃o iocũda sit laudatio. Omnis opa humana mercedẽ sibi postulat debẽre retribui: vt q̃ laboriose pagimus: spe ppositi muneris cõsolemur. In laudationib[9] vero dñi act[9] ipse habet p̃miũ suũ: qñ ipsa erit retributio q̃ nũc est exercitatio. Nã cũ bonũ sit dñm p̃dicare: inde vnusq̃sq; noscit pmissa dona recipe. Recipit plane: qñ in illa angelica societate singulare fit mun[9] sanctorũ: ppetuũ dñi subire p̃coniũ. Laudem[9] q̃ deuotione qua possum[9]: ⁊ hic illa beata dona meditemur. Quid enĩ felici[9] q̃ modo exercere q̃ te speras in futura beatitudine posse pagere: Psalmus aũt est: vt a maiorib[9] tradit': organũ musicũ: sicut cithara: pandurium: alia queq; vocib[9] nostris dulcissima modulatione respõdent: q̃ sepe dixim[9] ad actus nostros pbatissimos ptinere. Quapropt' laudationẽ dñi: ⁊ psalteriũ in vnã p̃cipit venire cõcordiã: vt sicut lingua diuinitati p̃conia dicim[9]: ita cũ bonorũ actuũ opatiõe laudemus. Sequit'. Deo nostro iocũda sit laudatio. Diuinitati q̃ppe est iocũda laudatio: qñ act[9] nostri a sanctorũ verborũ qualitate nõ discrepãt. Nã quale est vt psalm[9] castitatẽ dicat: ⁊ cãtor ab obscenitate se nõ subtrahat: si humilitatẽ p̃dicet: ⁊ narrator ei[9] supbie flatib[9] intumescat: Quapropter nõ põt a dño bene pcipi: q̃ ɔtraria iter se noscit' aduersitate luctari. Tũc ẽ enĩ dño iocũda laudatio: qñ in vnã societatẽ vox et vita cõuenerint. Edificãs hierusalẽ dñs: ⁊ dispsiões israel ɔgregãs. Per hunc ⁊ duos versus alios q̃ sequũtur ex mirabilib[9] factisq; glĩosis dñs iure laudat'. Nã cũ dicit: Edificãs hierusalẽ dñs: ⁊ dispersionẽ israel cõgregãs: Qui sanat cõtritos corde ⁊ alligat ɔtritiones eorũ: Qui numerat multitudinẽ stellarũ: ⁊ oẽs noĩe suo vocat: de factis vtiq; suis mirabilis ap

Al. decoraq;
Al. nõ hz
Al. cõgregas bu
4

p

probatur. Ostendit aũt in pmo versu discre-
pantia dñm nõ amare: qñ cũ cõstat disper-
sa colligere. Nã queadmodũ in nobis pa-
tiatur alios esse act⁹: aliã cãtilenã: qui totius
mũdi pplos in sanctã collegit vnitatẽ: Sic
enĩ de viuis lapidib⁹ edificat dñs ciuitatẽ
hierusalẽ: qñ dispersiões israel cõgregat: q
in toto mũdo habitare noscunt: sicut i euã
Math. 24 gelio dictũ est: Et mittet angelos suos cũ
tuba ꝛ voce magna: ꝛ cõgregabũt electos
a quattuor angulis terre. **Qui sanat**
Al. et **ↄtritos corde: † qui alligat cõtritio-**
nes eorũ. Mirabile gen⁹ curatiõis edi-
citur: vt si restaurari volum⁹: nosmetipsos
viuacissime cõteram⁹. Sed ista cõtritio ad
redintegrationẽ ptinet: ad soliditatẽ dedu
cit: ꝛ qđ supra omne bonũ est illũ medicũ
itroducit: qui eternã tribuit sospitatẽ. Se-
quitur: Qui alligat cõtritiones eorũ. Meta-
Sche phora ab artificib⁹ medendi: qui ossa frac-
ta atq cõtrita qñ solidare cupiũt: linteorũ
illigatõe cõstringũt: vt i soliditatẽ pristinã
ad locũ suũ redeũtia mẽbra coalescãt. Sic
celestis medic⁹ penitentiũ corda graui affli
ctione cõtrita: quasi quadã fascia pietatis
sue supducta cõstringit atq cõsolidat: ꝛ ad
firmissimã spem sanitati adducit: sicut ꝛ in
Ps. 50 qnquagesimo dictũ est: Cor cõtritũ ꝛ hũi-
liatũ de⁹ nõ spernit. Nã ille publican⁹ qui
pect⁹ suũ assidua pcussione tundebat: ipsã
in se ↄtritionẽ pbatus est effecisse: quã reo
pectori nõ desinebat ingerere. **Qui nu**
Al. oib⁹ eis **merat multitudinẽ stellarũ: ꝛ † om-**
noia vocãs **nes noie suo vocat.** Sed quis ꝛ istud
ad litterã diũ potentiã videatur ostẽdere: vt
nobis innumerabiles stellas diuinitati di-
cat eẽ numerabiles: earũq noia ppriis vo
cabulis nũcupari: qñ illi oia cõprehẽsibilia
sũt: cui harena maris / ꝛ gutte pluuiarũ / ꝛ ca
pilli hoim dinumerati esse noscuntur. Nã cũ
dicit: Nomine suo: astrologos arguit q eas
vocant noibus alienis: vt veneris: mercu-
rij: iouis: martis: saturni. ꝛ his silia. Istud
tñ apti⁹ est: vt ea magis intelligere debea-
mus. Supius enĩ dixerat: Cõtritos corde
esse saluãdos: quos iã post indulgẽtie me-
dicinã stellas debem⁹ accipe. Lucẽt enĩ ve-
lut astra in nocte hui⁹ seculi: qui meruerũt
in sanctorũ numero cõgregari. Sed quis
multos hic continere videatur ecclia: illi tñ a

dño numerantur q regni ei⁹ participatõe gau-
debũt. Nã stellas: sanctos viros nos posse
intelligere: genesis loc⁹ ille testatur: qui ait:
Multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi. Gen. 22
Et salomõ dicit: Iusti aũt fulgebũt sic stel- Sap. 3
le celi. Scim⁹ aũt a dño noia vocari posse
sanctorũ: qñ eos in celo legim⁹ esse cõscrip-
tos: sicut in euãgelio dicit: Nolite gloriari Luc. 10
q demonia subiecta sũt vob: gaudete aũt
ꝛ exultate: q noia vestra scripta sunt in ce-
lis. **Magnus dñs noster ꝛ mag-**
na virtus ei⁹: ꝛ sapiẽtie eius nõ est
numer⁹. In hoc ꝛ sequẽti versu a magni
tudine dñi laus decora cãtatur. Dicẽdo enĩ:
Magnus dñs ꝛ magna virt⁹ ei⁹: ꝛ sapien-
tie ei⁹ nõ est numer⁹: Suscipiẽs mãsuetos
dñs: humilians aũt pctõres vsq ad terrã:
magnitudo ei⁹ absolute declaratur. Nã cũ su
peri⁹ ppheta p diuersas partes laudes ex-
curreret: admiratõe cõplet⁹ exclamat: Ma
gnus dñs nr: vtiq cui⁹ nec facta numera-
ri: nec laus pualet apphendi: cõgregãs di-
spersiões israel: sanãs ↄtritos corde: nume
rãs multitudinẽ beatorũ: ꝛ oẽs noie suo vo
cans. Quis enĩ possit cõprehẽdere: quãta
sit de cũctis collecta laudatio: cũ sit in vna
quaq re mirabilis magnitudo: Dicẽdo enĩ:
Noster: culturas demẽtissime paganitatis
excludit. Uirtus aũt magna: q singularis:
q omnipotẽs: q rex omniũ gubernator ꝛ
cõditor est. Sequitur. Et sapiẽtie ei⁹ nõ ẽ nu
merus. Hic numerũ p fine debem⁹ accipe-
re: q oia calcul⁹ q numerat: ꝛ definit. Sapi
entia vero dei queadmodũ põt habere nu
merũ: que auctor calculi esse cognoscitur: Nã
si numerari posset: iã videretur esse sub nume
ro. Quõ si nec ipse numer⁹ tot⁹ a nobis põt
sciri: quõ: qua ratione pualet diuina sapiẽ-
tia cõprehẽdi: Creaturis enĩ suis incõpara
biliter potior est creator: ꝛ ideo veraciter di
ctũ est: Sapiẽtie ei⁹ nõ est numer⁹. Nã de
his que creauit sapiẽs dicit: Omnia in mẽ Sap. 11
sura numero ꝛ põdere deũ fecisse. **Sus**
cipiens mãsuetos dñs: † humiliat Al. humilians
autẽ peccatores vsq ad terrã. Mã-
sueti sunt quos superi⁹ dixit tribulatiõe cõ
tritos: ꝛ afflictionis cõsuetudine patiẽtes.
Et intuere q pulcherrima sit facta diuersi-
tas. Mansueti suscipiuntur in celũ: supbi de-
iciuntur in terrã: vt pmutatiõe vicaria vnde

humilis leuat⁹ est: ibi supbus corruat: ꝛ vnde sathanas elat⁹ cecidit: fidelis homo sublevatus ascēdat. (Al. Precinite) **Incipite dño in cōfessiōe: psallite deo nostro in cithara.** Uenit ad modū secūdū: vbi hortatur herētes: impellit dubios: increpat negligētes. Incipite enī illis dicit qui adhuc tacere noscunt: Dño in cōfessione: subaudiēdū est: cantare. Sed ista ꝯfessio laudē monet: ꝛ ꝓbitatis actionē hortat. Cithara enī: significat virtutes morales ꝑsona operatione ꝯcinētes: que tūc verā citharā reddūt: qñ se federata societate cōiungūt. Nā sicut integra lyra dici nō potest: cui aliqua chorda subtrahit: sic nec vir sanct⁹ ꝑfectus estimatur cui virt⁹ vlla minuit. **Qui operit celū nubibus: ꝛ parat terre pluuiā.**

Qui ꝓducit in montib⁹ fenū: et herbam seruituti hominū. In hoc ꝛ frequēti versu denuo dñi opera memorantur. Dicit enī: Qui operit celum nubib⁹: ꝛ parat terre pluuiā. Qui ꝓducit in montibus fenū ꝛ herbā seruituti hoim. Qui dat iumentis escam ipsoꝝ: ꝛ pullis coruorū inuocantib⁹ eū. Quid enī potētius ꝙ creatorē creaturis suis cōpetēti modulo subuenire? Frequēter aūt scriptura diuina hāc speciē definitionis ꝯplectit: vt ꝑ id qḋ dñs operat: virtus ei⁹ ꝑtāsq; monstret. Quod nūc ꝑ istū ꝛ aliū versum cōsequēter efficit. Nam cū supius posuisset: Incipite dño in cōfessione: nūc cui dño sit cōfitendū euidēter ostēdit. Sed ꝙuis ista ꝛ ad litterā bene videant intelligi: meli⁹ tñ si allegorice dicta sentimus. Celū hic: sanctā ꝓphetiā cōgruent aduertim⁹. Hanc diuina ꝓuisione similis nubibus tegit obscuritas: vt sensus nostros incitet ad querendū: dū grati⁹ accipit: ad qḋ fatigato desiderio ꝑuenit. Sequit qḋ nubes iste parturiāt: scȝ vt copias videant ꝑstare pluuiarū: hoc est: diuine ꝑdicatiōis fontes irriguos. Sȝ cui terre hec pluuia parat? vtiq; sitiēti. Ille enī verbuȝ dñi efficacit suscipit: qui se ad audiendū superno munere desideranter obtulerit. Nec vacat qḋ dixit: Parat: q̄ nisi ille eā ꝑparauerit: nullus ad ipsam potest suis meritis ꝑuenire. Sequit. Qui ꝓducit in montib⁹ fenū: ꝛ herbā ꝑuituti hoim. Hoc ꝙ spūalit accipiēdū est. Mōtes: significāt viros sanctos: in quibus dñs fenū herbāq; ꝓducit: vnde simpliciores in ecclesia catholica tāꝙ simplicia iumēta pascant. Fenū ꝑtinet ad predicationes robustas. Herba ad monita molliora. Fenuȝ siquidē fuit: qñ dixit aplus: Uolo oēs homines esse sicut meipsū. (j. Cor. 7) Herba. Qui se nō ꝯtinet: nubat. Et iterū: Uolo adolescētulas viduas nubere. (j. Timoth. 5) Et rursus: Lac vobis potū dedi: nō escā. (j. Cor. 3) Ista enī mitiora ꝑcepta: herbis merito cōparātur. Nā qḋ dicit: Seruituti hominū: significat vsui hūano deputataȝ: vnde absolute cognoscit: supiora que dicta sunt ad homines esse referēda. **Qui dat iumētis escam ipoꝝ: ꝛ pullis coruoꝝ inuocātibus eum.** Iumēta: ecclesiasticos significāt greges: qui cōpetenti refectiōe pascunt: alij lacte: alij cibo solido: ꝓut dispēsatori visum fuerit: qui solus nouit que sūt ꝓfutura ꝑstare. Corui: sunt irreligiosi viri: qui peccatoꝝ nigredine inseparabiliter vestiunt: nec aliquo splēdore cōuersionis elucescūt. Pulli vero coruorū (vt physiologi volūt) celesti rore vescunt: ꝛ adhuc paternas escas: id est: cadauerū fetores beneficio etatis ignorāt. Quapropt paganoꝝ filijs atq; puersoꝝ dat escam: q̄ paternā vitam innocētie munere nō sequunt. Et vide quid addidit: Inuocantib⁹ eū: qm̄ soli ipsi eū inuocāt: qui regulas scripturaꝝ nulla heretica prauitate subuertunt. Hoc nisi ad homines referas: inuocare dñm quēadmodū potest pullis conuenire coruorum?

Nō in †virib⁹ equi voluntatē habebit: †nec in tabernaculis viri bñplacitū †est ei. (Al. fortitudīe / al. neq; ī tibijs / Al. erit) Postꝙ narrauit illa ꝙ fecit dñs: nunc dicit que ei possunt oīmodis displicere. Equus ad supbiā plerūq; ponitur indicandā. Nā ꝛ ipm animal ceruice ꝑsumēs: frenis semꝑ incūbit: ꝛ ad cursus rapidos spumosa ꝯcertatione festinat. Huic supbus homo atq; ꝑtumidus cōparat: cui diuinitas nō pōt esse placabilis: q̄ māsuetos eligit ꝛ deuotos: sicut ꝛ ali⁹ psalm⁹ dicit. Fallax equus ad salutē. (Ps. 32) Et alibi: Hi in curribus ꝛ hi in equis: nos aūt in noie dñi dei nostri magnificabimur. (Ps. 19) Tabernacula virorū: infideliū sunt cōuenticula demētiū paganorū: que se in culturas pessimas ꝑextendūt. Respice vim verborū: q̄ virorū

dixit tabernacula: nō diuina: id est: p̄sump
tiones illicitas: quas sibi audaces homies
ꝓpria voluntate cōstituūt. Uir em̄ ⁊ in ma
Ps. 5 lo ponit: sicut est illud: Uirū sanguinū et
dolosum abominabit̄ domin⁹. **Bene-
placitū est dn̄o super timētes eum:
⁊ in eis qui sperant sup misericor-
dia eius.** Superi⁹ dixit qui ei poterāt dis
plicere: nunc dicit quales sint illi qui pla-
cēt. Amat itaq̨ domin⁹: qui eū formidāt:
sed nō timore degenere. Multi em̄ timēt:
sed q2 desperāt de misericordia eius mime
diligunt̄: sicut illi qui post timorē culpe
recognite: nō supplicandū: sed desperandū
potius estimant̄. Ille em̄ timor deo ꝓbatur
acceptus: qui cū amore maximo/⁊ pia p̄e-
sūptione cōiungit̄. Timeat ergo vnusq̄sq̨
ne peccet: amet vt supplicet. Nā si rogatur⁹
nō est: hoc facit ⁊ ille qui non timet.

Conclusio psalmi.

Hunc quoq̨ psalmū ad finē seculi ptine-
re nō dubiū est: quādo dispersiōes
israel in vnū populum congregant̄: vt fiat
vnus grex: ⁊ pastor vnus. O beatū tēpus:
quādo lapides illi viui p̄ciosiores omnib⁹
margaritis: in celestē fabricā ⁊ eternā bea-
titudinē colligunt̄. Tunc vniuscuiusq̨ sanctoꝝ
erit dulcissimus labor su⁹: quib⁹ pariet luc-
tus cōsolationē: persecutio eternā requiē:
paupertas pia dabit regna celestia: ⁊ quic-
quid hic grauiter ptulerūt: ibi se talia susti-
nuisse gaudebūt. Dona dn̄e hic patientiā
maloꝝ: vt illic facias nobis gaudium esse
perpetuum.

Explicit expositio in psalmū. CXLVI
Incipit expositio in psalmū. CXLVII

Alleluia.

Ad cōsuetū quidē Alleluia reuerti-
mur: sed hoc nullaten⁹ repetere fa-
stidimus. Gustus qui semp appeti-
tur: audit⁹ qui nō habet tediū: intellectus
qui sine labore pcipitur. Cui⁹ verbi tātus
honor est: vt cū sit in hebrea lingua recōdi-
tū: nullo tamē p̄stet alio sermone trāslatū.
Hoc grecus: hoc latin⁹: hoc chaldeus: hoc
syrus: hoc persa: hoc arabs: hoc tenet na-
tio cūcta terrarū: ⁊ quicquid est deditū di-
uinitati: dignitatē huius nominis pia de-
uotione veneratur. Nulli absonū: nulli vi-
detur absurdū: sed omnes celebrant gau-
dia sua hui⁹ nominis suauitate plata. Hoc
ergo pura mente cantem⁹: totisq̨ in eo vi-
ribus occupemur: vt sicut corporeis auri-
bus dulcissimus sonus reddit̄: ita ⁊ cordis
sinceritate pferat̄.

Diuisio.

Primo capite ꝓpheta ad hierusalē:
id est: supernā breuiter loquit̄ ciui-
tatē: vt secura iam reddita in ciui-
bus suis: dominū debeat iugi exultatione
laudare. Scd̄o: mysticis allusionib⁹ latius
enumerat: quāta populo suo pius misera-
tor indulserit.

Expositio psalmi.

**Lauda hierusalem dominū:
lauda deū tuum syon.** Psal-
mus hic a p̄mo versu vsq̨ ad finē:
potentiā dn̄i p̄dicandā cōmemorat: quod
psalmi ipsi⁹ relatione cognoscis. Hierusa- Rp̄
lem (sicut iā sepe dictū est) interp̄tatur vi-
sio pacis: que ꝓprie ad illā ciuitatē ptinet:
que vitioꝝ ⁊ scandaloꝝ cōsortia nō habe-
bit. Sed ista visio pacis erit dn̄i cōtempla
tio saluatoris: quā nemo alter merebit̄: nisi
qui ab vniuersa mētis pturbatione libera-
tur. Unde merito hec duo nomina future
illi cōueniūt ciuitati adepti p̄mij munus: ⁊
vocabulū sublime pastoris. **Quoniā
cōfortauit seras portarū tuarū: be
nedixit filios tuos in te.** Patent cau- Al. filijs tuis
sa future beatitudinis indicat̄. Nā cū res
ista multoꝝ ꝓphetarū ore ꝓmissa sit: luci-
dissime tamē p̄senti narratiōe declaratur.
Cū em̄ feras cōfirmatas dicit esse portarū:
clausas ianuas beate ciuitatis ostēdit. Se- ET
ra em̄: a fero dicta est: quo tēpore in ostium
mittit̄: vt intrādi licētia deneget̄. Quod il
lo tēpore accidet quādo sponsus itrauerit:
sicut in euāgelio de virginib⁹ dicit: Et que Math. 25
parate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias: ⁊
clausa est ianua. Clausa scʒ nō ad custodie
penā: sed in beatitudinē sempiternā: quia
nec inde quisq̄ vlteri⁹ sanctus exibit: nec
aliquis postea nou⁹ intrabit. O beatitudo
secura iustoꝝ: que tali lege ꝓbatur suscipi:
vt nūq̄ possit amitti. Merito: qm̄ ciuitas
illa cōtubilem deū intus habet: ⁊ ideo ne-
mo inde desiderat egredi: q2 p̄ter ipsum si-
mile nil p̄ualet intueri. Sequit̄. Benedixit
filios tuos in te. Magna est quidē benedi

ctio filiorũ: sed multo gratior: quãdo inter
viscera materna p̃statur. Quale est enĩ ma
tri sp videre florẽtes filios suos? Quale fi
lys genitricis gratiã iugiter cõtueri? Jdeo
enĩ dictũ est: Jn te: q: nunq̃ ab illa hieru
salẽ exire poterũt: qui eterno munere cõse
cranẽ. **Qui posuit fines tuos pa**
Al. satiat **cẽ: ꝛ adipe frumẽti† satians te.** Ciui
tas illa magna iestimabilis: sub quãta lau
dis breuitate descripta est? Nã quid illa p̃
stãtius dici põt: cui⁹ fines paci munere ter
minanẽ? Unñ absolute colligi põt: q: eter
na trãquillitate ꝑfruiẽ: quod int⁹ habitare
monstraẽ. Cõtra: quicq̃d p̃ter ipam cõtige
rit esse: gehẽna est. Et sicut beata hierusalẽ
pacẽ possidet: sic infelix babylonia dolorũ
pugnã ꝓculdubio sustinebit. Uni⁹ enĩ par
tis definitiõe: alteri⁹ cause euidẽter ꝓdidit
q̃litatẽ. Hoc schema dicẽ Emphasis: q̃ sig
Sche nificat etiã id qᵭ nõ dicit. Sꝫ queãdmodũ
pax ista ꝑueniat ꝯsequẽter exponiẽ: dũ fi
deles christi dñi ꝯtẽplatiõe saginanẽ. Adi
pẽ quippe frumẽti dicit ipam cõtuibilẽ dei
tatẽ: vñ sic iustoꝝ sensus reficitur: vt omnẽ
satietatẽ supare noscaẽ. Jpse est verus pa
Joh. 6 nis: qui de celo descẽdit. Nã si nos hic cor
poris sui participatõe reficit: queãdmodũ
ibi satiabit: quos toto lumine sue deitatis
impleuerit? Reuera secura pax: ꝛ inuiolata
tranq̃llitas: qñ indigẽtia nobiscũ vlla nõ li
tigat: nec aliquẽ lassitudo defatigat: nõ fri
gus cõtristat: nõ esuries grauat. ꝛ cetera q̃
hic nostre imbecillitati bellũ semp iĩfligũt.
Jbi aũt corporis aĩeq̃ talis est societas: vt
nulla inter se aduersitate discordẽt: sed sibi
vtraq̃ gloriosa volũtate ꝯsentiãt. **Qui
emittit eloquiũ suũ terre: velociter
currit sermo ei⁹.** Descripta ciuitate fu
turi sęculi: ꝓpheta venit ad scdm caput: in
quo munera hic nobis ꝯferenda p̃dicit: vt
veritas tũc future rei ꝑ bñficia p̃sentia iam
possit agnosci. Eloquium domini verbum
patris est: Qᵭ ad terras descẽdit: qñ humi
litatẽ pię incarnatiõis assumpsit. Emittit:
ꝓphetię spiritu: p̃sens tẽpus ostẽdit: q̃uis
hoc de futuro dicere videreẽ. Sꝫ cuꝫ dicit:
Emittit: nõ minorẽ ꝓdit: sed cõcordiã san
ctę vnitatis ostẽdit. Hui⁹ enĩ omnipotẽtis
verbi sic cucurrit sermo velociter: vt sanctę
trinitatis agnitio celerrima mirabili mun
dũ velocitate cõpleuerit: idolorũ culturas
veritatis ipsius manifestatiõe cõuertens.
**Qui dat niuẽ sicut lanã: nebulã
sicut cinerẽ spargit. Mittit crystal
lum† suũ sicut frusta panis: ante fa** Al. suã sicut buccellas
ciẽ frigoris ei⁹ quis† subsistit? Post Al. sustinebit
q̃ aduentũ xp̄i dñi ꝓphetauit: nunc q̃d ei⁹
bñficia p̃stent: ꝑ allusiones tropicas conse
quẽter exponit. Quę figura dicẽ Parabo Sche
le: qñ res sibi genere dissiles cõparãẽ. Hec
igiẽ omnia: niuis: nebula: crystallũ: frigus:
mala sũt hui⁹ sęculi: q̃ peccatoꝝ gelu mor
talia corda ꝯstringũt: ꝛ in stupore saxeo fa
ciũt ꝑmanere: nisi dñi calore soluanẽ. Sed
videamus queãdmodũ singulis rebus cõ
petens medicina p̃steẽ. Dicit enĩ: Qui dat
niuẽ sicut lanã: vt qᵭ facit significat: sicut
vulgo dicim⁹: Dedit nobis indiciũ: qñ ali
quid monstratũ atq̃ edoctum esse declara
mus. Quapropter facit niuẽ sicut lanã: vt
qᵭ ante frigoris acerbitate gelatũ est: in la
neã molliciẽ ꝑducaẽ. Qᵭ fit vtiq̃ qñ frigi
dissima petris corda mortaliũ ad ardorẽ sa
tisfactionis adduxerit. Niuis est enĩ homo
cũ recedit a dño: lana cũ ad eius meruerit
venire medicinã. Nebula: idem significat
omne peccatũ: qᵭ semp caliginosa obscu
ritate ꝑagiẽ: sed velut cinis dño p̃stante di
spergiẽ: dũ eius cumulus ꝯfessionis gratia
dissipaẽ. Crystallũ vero est: in modũ vitri
ꝑ numerosas hyemes glacies cõdurata: et
in duritiã saxliqueus admodũ ꝑducta sb
stantia. Cui obstinati pctõres merito cõpa
ranẽ: qui algore ꝑfidię cõstricti: ꝑ dies sin
gulos cõgelescũt. Hos quoq̃ dñs velut fru
sta panis emittit: qñ cõuersos sua facit p̃di
care magnalia: vnde ꝑp̄ls esuriẽs celesti pa
ne vescaẽ. Frusta enĩ: partes dicim⁹ corpo
ris alicui⁹. Significãt q̃ppe doctrinę diuer
sa dona: q̃ ex pctõribus in sanctis suis dñs
sępi⁹ mõstrare dignatus est. Sequiẽ. Ante
faciẽ frigoris eius quis subsistit? Ante prę
sentiã frigoris ei⁹ dicẽ: nõ qᵭ ab ipso veni
at: sed qᵭ forte fieri ꝑmittat. Quale est il
lud: Jndurauit de⁹ cor pharaonis. Et ali Exo. 10
bi: Ego dñs faciens bonũ: ꝛ creans malũ. Esa. 45
Quapropẽ ante illud frigus qᵭ ipse nõ re
mouet: nemo valet sbsistere: qñ põt hoies

